APOLLONII PERGAEI

QUAE GRAECE EXSTANT

CUM COMMENTARIIS ANTIQUIS.

EDIDIT ET LATINE INTERPRETATUS EST

I. L. HEIBERG,

DR. PHIL.

UOL. I.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXCI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Conica Apollonii Pergaei, quae mathematicorum consensu summis iustissimisque efferuntur laudibus, post Halleium neminem editorem inuenerunt. et fortasse mathematicis, qui res solas spectant, aliquatenus interpretationibus satis fit; sed ne de iis dicam, quorum interest scire, quibus uerbis Apollonius ipse usus sit, et qua ratione formulas signaque nostrorum mathematicorum aequare potuerit, ipsis illis interpretationibus fundamentum certum tandem aliquando iactum esse oportet; quod Halleius, qui adhuc solus Conica Graece edidit, neque uoluit facere neque potuit, quae erat illis temporibus ratio artis criticae. itaque nouam editionem Conicorum codicibus Graecis perlustratis et collatis parare decreui, praesertim cum uiderem, editionem Halleii tam raram esse, ut etiam immodico pretio uix ac ne uix quidem posset comparari. sed ab initio mihi constabat, eos tantum libros, qui Graece exstarent, mihi tractandos esse. nam quamquam me non fugiebat, editionem ita mancam et quasi detruncatam fore, tamen a me impetrare non potui, ut interpretationem librorum V—VII, quam ex Arabico fecerat Halleius, nullis subsidiis criticis adiutus repeterem. et codices Arabicos propter linguae illius ignorantiam ipse adire non potui. imperfectum igitur maneat opus, donec aliquis linguae Arabicae

peritus codicibus Arabicis collatis nouam recensionem illorum librorum instituerit. et ut sperare possimus, hoc breui futurum esse, effecit L. L. M. Nixius edita dissertatione, quae inscribitur Das fünfte Buch der Conica des Apollonius von Perga in der arabischen Uebersetzung des Thabit Ibn Corrah (Lipsiae 1889). qui ut opus bene et utiliter inceptum ad finem perducat, mecum optabunt, quicunque scripta mathematica Graecorum nouerunt coluntque.

Quattuor libris Conicorum, qui Graece supersunt, in uolumine altero adiungam fragmenta et Conicorum et reliquorum operum Apollonii, quae Graece habemus, et praeterea lemmata Pappi et commentaria Eutocii. constat, huius uiri recensionem librorum I—IV solam relictam esse; quare id primum mihi agendum erat, ut ea e codicibus restitueretur. quantum de pristina Conicorum forma ueri similiter statui potest, in prolegomenis criticis uoluminis alterius colligam; ibidem de cognatione codicum uberius exponam. hic breuiter indicabo, quibus codicibus nitatur recensio mea, et quanti quisque aestimandus sit. sunt igitur hi:

V — cod. Vatican. Gr. 206 bombyc. saec. XII—XIII, fol., duobus uoluminibus constans; continet fol. 1—160 Conicorum libros I—IV, fol. 161—239 Sereni opuscula. in fine mutilus est et omnino pessime habitus; singula folia plerumque charta pellucida inducta sunt. manus recentior (m. 2) lacunas quasdam (in Sereno) expleuit et in Apollonio nonnulla addidit et emendauit, manus recentissima (m. rec.) in margine nonnulla adscripsit. contuli Romae 1887.

v — cod. Vatic. Gr. 203, bombyc. saec. XIII, fol.; inter alia Conica continet fol. 56—84 e V descripta. cum e V descriptus sit, antequam is tempore et situ male habitus est, utilis est ad eos locos supplendos, qui in V euanuerunt uel correcti sunt; etiam figurae, quae interdum in V cum marginibus sublatae uel detruncatae sunt, saepe e v restitui potuerunt. inspexi codicem Romae 1887 et enotaui, quae opus esse uidebantur.

c — cod. Constantinopolitanus palatii ueteris nr. 40 bombyc. saec. XIII—XIV, fol., situ et madore paene pessumdatus, ceterum codicis V gemellus. is, cum a Fr. Blassio protractus esset et descriptus (Hermes XXIII p. 622 sq.), intercedente Ministerio nostro, quod res rationesque externas moderatur, Hauniam missus est et totus a me collatus 1889, sed cum plerumque cum V consentiat, scripturam plenam in adparatu non dedi, sed ea tantum, quae meliora praebet, sane paucissima; reliquam scripturae discrepantiam in prolegomenis criticis notabo. Conica habet fol. 349—516.

p — cod. Paris. Gr. 2342 chartac. saec. XIII, fol. totum contuli Hauniae 1888, sed cum ab homine sermonis mathematicorum Graecorum peritissimo impudenter interpolatus sit, in adparatum eas tantum scripturas recepi, quae ad uerba Apollonii emendanda facerent; reliquas prolegomenis seruaui. quae meliora habet, sine dubio pleraque coniectura inuenta sunt.

ceterorum codicum nullum prorsus usum esse, in prolegomenis demonstrabo, nisi quod e cod. Paris. 2356 chartac. saec. XVI unam et alteram coniecturam probam recepi.

itaque recensio Conicorum tota codice V nititur, cuius scripturas omnes in adparatu indicaui. sicubi eius scriptura retineri non poterat, auctorem scripturae receptae nominaui („corr.“). qua in re praeter codices mihi praesto fuere:

Memus — Apollonii Pergei philosophi mathematiciqve excellentissimi Opera per Doctissimum Philosophum Ioannem Baptistam Memum Patritium Venetum Mathematicarumque Artium in Vrbe Veneta Lectorem Publicum De Graeco in Latinum Traducta et nouiter impressa. Venet. MDXXXVII fol.

Comm. uel Command. — Apollonii Pergaei conicorum libri quattuor... F. Commandinus Vrbinas mendis quamplurimis expurgata e Graeco conuertit et commentariis illustrauit. Bononiae MDLXVI fol.


Halley — Apollonii Pergaei Conicorum libri octo et Sereni Antissensis de sectione cylindri et coni libri duo, ed. E. Halleius. Oxoniae MDCCX fol.


de fontibus horum librorum in prolegomenis uidebimus. Memo et Commandino emendationem tum quoque tribui, ubi tacite ueram scripturam interpretantur, nisi etiam errore non perspecto eodem modo interpretati essent.

in interpretatione mea propositiones Apollonii citaui libro et propositionis numero, ubi eiusdem

libri sunt, solo numero propositionis indicato; „Eucl.“ Elementa, „dat.“ Data Euclidis significat; lemmata Pappi numeris in Graeco ab Hultschio positis citantur.

Dixi infra p. 293 et alibi, in V interdum rectangula rectasque descripta esse; quae figurae quid significent, hic exponam. explicandi uiam mihi monstrauit Hieronymus G. Zeuthen, uir de Apollonio optime meritus. primum igitur in II, 50 inueniuntur hae figurae*):






hoc est $\varepsilon\chi^2 : \varepsilon\gamma^2 : \chi\varepsilon \times \varepsilon\delta = \mu\kappa^2 : \eta\kappa^2 : \mu\kappa \times \kappa\vartheta$,

itaque $\gamma\varepsilon : \varepsilon\chi : \varepsilon\delta = \eta\kappa : \kappa\mu : \kappa\vartheta$,


quae est ratiocinatio Apollonii p. 292, 27—294, 9. ergo figuras illas aliquis adscripsit ad ratiocinationem Apollonii illustrandam oculisque subiiciendam.

eodem modo paullo infra:




*) Ubi V mutilus est, figuras e v suppleui; c eadem fere habet

quae figurarum series ad p. 296, 17 sq. pertinet, sed tam mutila est, ut difficile sit dictu, quo modo ordinanda sit. nam in V sola secunda series rectangulorum exstat, quorum unum litteris caret; reliqua e v petita sunt. omnia ordine decurrent, si quattuor illae rectae primo loco ponentur et pro duobus quadratis litteris carentibus describentur hae rectae




uel




tum enim habebimus: quoniam $\chi\varepsilon : \gamma\varepsilon = \varkappa\vartheta : \vartheta\zeta$, erit $\chi\varepsilon^2 : \varepsilon\gamma^2 : \chi\varepsilon \times \varepsilon\delta = \varkappa\vartheta^2 : \vartheta\zeta^2 : \varkappa\vartheta \times \vartheta\eta$; quare $\delta\varepsilon : \chi\varepsilon : \varepsilon\gamma = \eta\vartheta : \varkappa\vartheta : \zeta\vartheta$ (uel $\delta\varepsilon : \chi\varepsilon = \eta\vartheta : \varkappa\vartheta$).

Ad II, 51:



haec Vv, nisi quod V in $\zeta\lambda$ pro λ habet $\varkappa$. praeterea in vc post quattuor rectas adduntur hae




(in $\lambda\vartheta$ littera ϑ in solo c seruata est). has rectas si cum Zeuthenio ultimo loco ponemus, habebimus

$\varepsilon\eta : \eta\gamma = \zeta\lambda : \varkappa\lambda$ et $\varepsilon\eta \times \eta\delta : \eta\gamma^2 = \zeta\lambda \times \lambda\vartheta : \varkappa\lambda^2$;

quare $\eta\delta : \eta\gamma = \lambda\vartheta : \varkappa\lambda$, h. e. demonstrationem ab Apollonio omissam, triangulos $\varkappa\vartheta\lambda$, $\gamma\eta\delta$ similes esse, u. p. 304, 17—19 et conf. Pappi lemma VII.


III, 15:



haec series figurarum illustrat, quae habet Apollonius p. 344, 14—24. in codicibus V v c hae sunt discrepantiae: ante primas rectas habet V




in quadrato $\delta\beta^2$ inferius β hab. vc, om. V, pro inferiore δ hab. ε V v c; rectam $\gamma\beta$ solus c habet; in rectangulo $\beta\vartheta \times \mu\pi$ in latere inferiore add. litt. $\eta - \vartheta$ V v c; rectangulum $\beta\gamma \times \beta\vartheta$ solus habet c; in quadrato $\eta\vartheta^2$ omnes litteras om. V, superiores η, ϑ v c; pro rectangulo $\gamma\beta \times \beta\vartheta$, quod omisit V, triangulum $\gamma\beta\vartheta$ habent v c; deinde v solus addit



erroribus emendatis hoc efficitur:

$$\delta\beta : \beta\varepsilon = \delta\beta^2 : \delta\beta \times \beta\varepsilon = \mu\pi : \gamma\beta$$
$$= \mu\pi \times \beta\vartheta : \beta\gamma \times \beta\vartheta = \vartheta\eta^2 : \beta\gamma \times \beta\vartheta.$$


III, 16:



hunc ordinem praebet c, in V binae figurae componuntur. in primo rectangulo δ om. V; in priore triangulo ε et η permutat c, in altero γ om. V; in quadrato $\alpha\gamma^2$ litteras inferiores om. V, α inferius c. illustrantur uerba Apollonii p. 350, 5 sq.

$$\zeta\varepsilon \times \varepsilon\delta : \alpha\varepsilon\eta : \alpha\varepsilon^2 = \gamma\beta^2 : \alpha\vartheta\gamma : \alpha\gamma^2.$$


III, 19 (in extrema prop. 17 leguntur):



hanc seriem om. c, primas tres figuras hab. v, om. V; in $\alpha\zeta^2$ litteras inferiores om. v; in $\eta\lambda \times \lambda\iota$ litteras η, λ om. V, μ et α earum loco hab. v; in $\varrho\varkappa\lambda\xi$ litt. ξ om. V, pro ea ζ hab. v; in $\mu\lambda \times \lambda\xi$ litt. μ, λ hab. v, om. V. illustratur, ut uidit Zeuthen, locus p. 358, 2 sq.

$$\alpha\zeta^2 : \delta\tau\zeta : \delta\zeta^2 = \eta\lambda \times \lambda\iota : \varrho\xi\lambda\varkappa : \mu\lambda \times \lambda\xi.$$


III, 21:



ordinem restituit Zeuthen; in c est $\begin{smallmatrix} & 1 & 2 \\ 4 & & 5, \\ & & 3 \end{smallmatrix}$ fig. 6 hab. v, om. Vc. in fig. 1 pro inferiore α litt. δ hab. Vvc; in fig. 2 β om. Vvc, ζ om. Vv, hab. c; in fig. 3 δ om. V; in fig. 4 pro o hab. ϑ v; in fig. 5 o hab. c, ϑ v, om. V, ϱ om. V, τ hab. c, om. Vv; in fig. 6 ω om. v, pro κ, o hab. β, ϑ. illustratur p. 362, 11 sq.

$$\alpha\zeta^2 : \beta\zeta\upsilon : \beta\zeta \times \zeta\delta = \nu o \times o\eta : \varkappa o\varrho\tau : \varkappa o \times o\omega.$$


III, 54:



has om. c; in prima recta κα litt. κ om. V, hab. v; in fig. 2 α, μ ad partes dextras om. V, hab. v; fig. 3 om. V, α om. v, pro γ hab. α. demonstratio

est proportionis p. 442, 12—13 ab Apollonio usurpatae; legenda enim

$$\left.\begin{array}{l} \nu\gamma : \mu\alpha = \lambda\gamma : \varkappa\alpha \\ \mu\alpha : \mu\alpha = \varkappa\alpha : \varkappa\alpha \end{array}\right.$$ itaque $\nu\gamma \times \mu\alpha : \mu\alpha^2 = \lambda\gamma \times \varkappa\alpha : \varkappa\alpha^2$.



has om. c, posteriores tres om. V, hab. v; in $\nu\beta \times \beta\mu$ pro μ hab. ν uel α V; in $\lambda\vartheta\varkappa$ pro λ litt. α hab. v. legenda

$$\nu\gamma \times \mu\alpha : \mu\alpha^2 : \nu\beta \times \beta\mu = \gamma\lambda \times \alpha\varkappa : \alpha\varkappa^2 : \lambda\vartheta \times \vartheta\varkappa,$$

quae illustrant uerba Apollonii p. 442, 14—15.

Praefandi finem faciam gratias quam maximas agens et praefectis bibliothecarum Parisiensis, cuius liberalitatem non semel expertus sum, et imperatoris Turcici, qui permisit, ut codex Constantinopolitanus hucusque peregrinaretur, et iis uiris, quibus intercedentibus mihi licuit codices illos Hauniam transmissos commode peruoluere, Christiano Bruun, bibliothecae regiae Hauniensis praefecto, et Petro A. F. S. Vedel, praeposito nostris cum populis externis rationibus.

Scr. Hauniae mense Octobri a. MDCCCXC.

I. L. Heiberg.

APOLLONII CONICA.

ΚΩΝΙΚΩΝ α'.

Ἀπολλώνιος Εὐδήμῳ χαίρειν.

Εἰ τῷ τε σώματι εὖ ἐπανάγεις καὶ τὰ ἄλλα κατὰ γνώμην ἐστί σοι, καλῶς ἂν ἔχοι, μετρίως δὲ ἔχομεν καὶ αὐτοί. καθ' ὃν δὲ καιρὸν ἤμην μετά σου ἐν Περγάμῳ, ἐθεώρουν σε σπεύδοντα μετασχεῖν τῶν πεπραγμένων ἡμῖν κωνικῶν· πέπομφα οὖν σοι τὸ πρῶτον βιβλίον διορθωσάμενος, τὰ δὲ λοιπά, ὅταν εὐαρεστήσωμεν, ἐξαποστελοῦμεν· οὐκ ἀμνημονεῖν γὰρ οἴομαί σε παρ' ἐμοῦ ἀκηκοότα, διότι τὴν περὶ ταῦτα ἔφοδον ἐποιησάμην ἀξιωθεὶς ὑπὸ Ναυκράτους τοῦ γεωμέτρου, καθ' ὃν καιρὸν ἐσχόλαζε παρ' ἡμῖν παραγενηθεὶς εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ διότι πραγματεύσαντες αὐτὰ ἐν ὀκτὼ βιβλίοις ἐξ αὐτῆς μεταδεδώκαμεν αὐτὰ εἰς τὸ σπουδαιότερον διὰ τὸ πρὸς ἔκπλῳ αὐτὸν εἶναι οὐ διακαθάραντες, ἀλλὰ πάντα τὰ ὑποπίπτοντα ἡμῖν θέντες ὡς ἔσχατον ἐπελευσόμενοι. ὅθεν καιρὸν νῦν λαβόντες ἀεὶ τὸ τυγχάνον διορθώσεως ἐκδίδομεν. καὶ ἐπεὶ συμβέβηκε καὶ ἄλλους τινὰς τῶν συμμεμιχότων ἡμῖν μετειληφέναι τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον βιβλίον πρὶν ἢ διορθωθῆναι, μὴ θαυμάσῃς, ἐὰν περιπίπτῃς αὐτοῖς ἑτέρως ἔχουσιν. ἀπὸ δὲ τῶν ὀκτὼ βιβλίων τὰ πρῶτα

---

1. Ἀπολλωνίου Περγαίου κωνικῶν α' V. 8. εὐαρεστήσωμεν] in V εστ litterae ita coniunctae, ut similes fiant ετ. 15. διά — 16. τά] rep. mg. m. rec. V (15. εὔπλῳ) addito $\overset{\tau}{M}$ ἐξ ἀπογράφου

CONICORUM LIBER I.

Apollonius Eudemo s.

Si corpore conualescis ceteraque tibi ex sententia sunt, bene est, equidem satis ualeo. quo autem tempore tecum Pergami eram, uidebam te cupidum esse conica a me elaborata cognoscendi. quare primum librum ad te misi, postquam eum emendaui, reliquos autem, quando iis contenti erimus, mittemus. neque enim credo, te oblitum esse, quod a me audisti, me ad haec adcessisse rogatu Naucratis geometrae, quo tempore Alexandriam profectus nobiscum degeret, nosque ea in octo libris elaborata statim festinantius paullo cum eo communicasse, quod in eo esset, ut discederet, ita ut ea non perpurgaremus, sed omnia, quae nobis in mentem uenirent, poneremus sperantes fore, ut postea perpoliremus. quare iam occasionem nacti, prout correcta sunt, ea edimus. et quoniam accidit, ut etiam alii quidam eorum, qui nobiscum uersati sunt, primum alterumque libros nacti sint, priusquam correcti essent, miratus ne sis, si in eos aliam habentes formam incideris. horum uero octo librorum quattuor priores ad institutionem elementarem

---

εἰκονικοῦ. γρ., quia magna ex parte euan.; sed quae dedimus, hab. cv. 15. *ἔκπλουν* cp, fort. recte. 16. *ὡς* — 17. *ἐπελευσόμενοι*] cv; euan. V., rep. mg. m. rec.

τέσσαρα πέπτωκεν εἰς ἀγωγὴν στοιχειώδη, περιέχει δὲ τὸ μὲν πρῶτον τὰς γενέσεις τῶν τριῶν τομῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ἀρχικὰ συμπτώματα ἐπὶ πλέον καὶ καθόλου μᾶλλον ἐξειργασμένα παρὰ τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων γεγραμμένα, τὸ δὲ δεύτερον τὰ περὶ τὰς διαμέτρους καὶ τοὺς ἄξονας τῶν τομῶν συμβαίνοντα καὶ τὰς ἀσυμπτώτους καὶ ἄλλα γενικὴν καὶ ἀναγκαίαν χρείαν παρεχόμενα πρὸς τοὺς διορισμούς· τίνας δὲ διαμέτρους καὶ τίνας ἄξονας καλῶ, εἰδήσεις ἐκ τούτου τοῦ βιβλίου. τὸ δὲ τρίτον πολλὰ καὶ παράδοξα θεωρήματα χρήσιμα πρός τε τὰς συνθέσεις τῶν στερεῶν τόπων καὶ τοὺς διορισμούς, ὧν τὰ πλεῖστα καὶ κάλλιστα ξένα, ἃ καὶ κατανοήσαντες συνείδομεν μὴ συντιθέμενον ὑπὸ Εὐκλείδου τὸν ἐπὶ τρεῖς καὶ τέσσαρας γραμμὰς τόπον, ἀλλὰ μόριον τὸ τυχὸν αὐτοῦ καὶ τοῦτο οὐκ εὐτυχῶς· οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν ἄνευ τῶν προσευρημένων ἡμῖν τελειωθῆναι τὴν σύνθεσιν. τὸ δὲ τέταρτον, ποσαχῶς αἱ τῶν κώνων τομαὶ ἀλλήλαις τε καὶ τῇ τοῦ κύκλου περιφερείᾳ συμβάλλουσι, καὶ ἄλλα ἐκ περισσοῦ, ὧν οὐδέτερον ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν γέγραπται, κώνου τομὴ ἢ κύκλου περιφέρεια κατὰ πόσα σημεῖα συμβάλλουσι. τὰ δὲ λοιπά ἐστι περιουσιαστικώτερα· ἔστι γὰρ τὸ μὲν περὶ ἐλαχίστων καὶ μεγίστων ἐπὶ πλέον, τὸ δὲ περὶ ἴσων καὶ ὁμοίων κώνου τομῶν, τὸ δὲ περὶ διοριστικῶν θεωρημάτων, τὸ δὲ προβλημάτων κωνικῶν διωρισμένων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντων ἐκδοθέντων ἔξεστι τοῖς περιτυγχάνουσι κρίνειν αὐτά, ὡς ἂν αὐτῶν ἕκαστος αἱρῆται. εὐτύχει.

---

1. *πέπτωκεν*] cp, *πέπτωκε* V. 5. *τάς*] *τούς* V, corr. p. 9. *καί*] scripsi, *ἤ* V. 13. *συνείδαμεν* V (fort. recte; cfr. *εἶπα*); corr. v. 17. *-νων ἡμῖν — τό*] cv; euan. V, rep. mg. m.

pertinent, continet autem primus origines trium sectionum oppositarumque et proprietates earum principales latius uniuersaliusque expositas, quam quae ceteri de iis scripserunt, alter, quae diametri axesque sectionum et asymptotae propria habent aliaque, quae usum generalem necessariumque ad determinationes praebent; quas autem diametros quosque axes adpellem, ex hoc libro comperies. tertius uero plurima et mira continet theoremata et ad compositionem locorum solidorum et ad determinationes utilia, quorum pleraque et pulcherrima noua sunt; quibus inuentis cognoui, locum ad tres et quattuor lineas minime ab Euclide componi, sed partem tantum fortuitam eius, et id quidem non optime; neque enim fieri potuit, ut compositio sine propositionibus a nobis adiectis perficeretur. quartus autem continet, quot modis sectiones conorum et inter se et cum ambitu circuli concurrant, et praeterea alia quaedam, quorum neutrum genus a prioribus tractatum est, in quot punctis sectio coni uel ambitus circuli concurrant [cum oppositis sectionibus]. reliqui autem libri ulterius progrediuntur. primus enim eorum de minimis et maximis latius tractat, secundus de coni sectionibus aequalibus et similibus, tertius de theorematis ad determinationem pertinentibus, quartus problemata conica habet determinata. uerum enimuero omnibus editis iis, qui legent, licet, eos pro cuiusque uoluntate aestimare. uale.

---

rec. (add. γρ^{αι}). 18. κώνων] cv; euan. V, rep. mg. m. rec. 21. κατά] scr. ταῖς ἀντικειμέναις κατά; cfr. IV praef.

Ὅροι πρῶτοι.

Ἐὰν ἀπό τινος σημείου πρὸς κύκλου περιφέρειαν, ὅς οὐκ ἔστιν ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ τῷ σημείῳ, εὐθεῖα ἐπιζευχθεῖσα ἐφ' ἑκάτερα προσεκβληθῇ, καὶ μένοντος τοῦ σημείου ἡ εὐθεῖα περιενεχθεῖσα περὶ τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ, ὅθεν ἤρξατο φέρεσθαι, τὴν γραφεῖσαν ὑπὸ τῆς εὐθείας ἐπιφάνειαν, ἣ σύγκειται ἐκ δύο ἐπιφανειῶν κατὰ κορυφὴν ἀλλήλαις κειμένων, ὧν ἑκατέρα εἰς ἄπειρον αὔξεται τῆς γραφούσης εὐθείας εἰς ἄπειρον προσεκβαλλομένης, καλῶ κωνικὴν ἐπιφάνειαν, κορυφὴν δὲ αὐτῆς τὸ μεμενηκὸς σημεῖον, ἄξονα δὲ τὴν διὰ τοῦ σημείου καὶ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου ἀγομένην εὐθεῖαν.

κῶνον δὲ τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τοῦ κύκλου καὶ τῆς μεταξὺ τῆς τε κορυφῆς καὶ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας κωνικῆς ἐπιφανείας, κορυφὴν δὲ τοῦ κώνου τὸ σημεῖον, ὃ καὶ τῆς ἐπιφανείας ἐστὶ κορυφή, ἄξονα δὲ τὴν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὸ κέντρον τοῦ κύκλου ἀγομένην εὐθεῖαν, βάσιν δὲ τὸν κύκλον.

τῶν δὲ κώνων ὀρθοὺς μὲν καλῶ τοὺς πρὸς ὀρθὰς ἔχοντας ταῖς βάσεσι τοὺς ἄξονας, σκαληνοὺς δὲ τοὺς μὴ πρὸς ὀρθὰς ἔχοντας ταῖς βάσεσι τοὺς ἄξονας.

πάσης καμπύλης γραμμῆς, ἥτις ἐστὶν ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ, διάμετρον μὲν καλῶ εὐθεῖαν, ἥτις ἠγμένη ἀπὸ τῆς καμπύλης γραμμῆς πάσας τὰς ἀγομένας ἐν τῇ γραμμῇ εὐθείας εὐθείᾳ τινὶ παραλλήλους δίχα διαιρεῖ, κορυφὴν δὲ τῆς γραμμῆς τὸ πέρας τῆς εὐθείας τὸ πρὸς τῇ γραμμῇ, τεταγμένως δὲ ἐπὶ τὴν διάμετρον κατῆχθαι ἑκάστην τῶν παραλλήλων.

---

29. κατῆχθαι] syll. αι comp. V, mg. m. rec. „χθαι ... 17".

Definitiones I.

1. Si a puncto aliquo ad ambitum circuli, qui in eodem plano, in quo punctum, positus non est, ducta recta in utramque partem producitur, et manente puncto recta per ambitum circuli circumacta in eundem rursus locum restituitur, unde ferri coepta est, superficiem recta descriptam, ex duabus superficiebus ad uerticem inter se positis compositam, quarum utraque in infinitum crescit recta describente in infinitum producta, superficiem conicam adpello, uerticem autem eius punctum manens, axem autem rectam per punctum et centrum circuli ductam.

2. Conum autem figuram comprehensam circulo et superficie conica inter uerticem ambitumque circuli posita, uerticem autem coni punctum, quod idem est uertex superficiei, axem autem rectam a uertice ad centrum circuli ductam, basim autem circulum.

3. Conorum uero rectos adpello, qui axes ad bases perpendiculares habent, obliquos autem, qui axes ad bases perpendiculares non habent.

4. Omnis lineae curuae, quae in uno plano posita est, diametrum adpello rectam, quae a linea curua ducta omnes rectas in linea illa rectae alicui parallelas ductas in binas partes aequales secat, uerticem autem lineae terminum huius rectae in linea, singulas autem rectas parallelas ad diametrum ordinate ductas esse.

ὁμοίως δὲ καὶ δύο καμπύλων γραμμῶν ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ κειμένων διάμετρον καλῶ πλαγίαν μέν, ἥτις εὐθεῖα τέμνουσα τὰς δύο γραμμὰς πάσας τὰς ἀγομένας ἐν ἑκατέρᾳ τῶν γραμμῶν παρά τινα εὐθεῖαν δίχα τέμνει, κορυφὰς δὲ τῶν γραμμῶν τὰ πρὸς ταῖς γραμμαῖς πέρατα τῆς διαμέτρου, ὀρθίαν δέ, ἥτις κειμένη μεταξὺ τῶν δύο γραμμῶν πάσας τὰς ἀγομένας παραλλήλους εὐθείας εὐθείᾳ τινὶ καὶ ἀπολαμβανομένας μεταξὺ τῶν γραμμῶν δίχα τέμνει, τεταγμένως δὲ ἐπὶ τὴν διάμετρον κατῆχθαι ἑκάστην τῶν παραλλήλων.

συζυγεῖς καλῶ διαμέτρους [δύο] καμπύλης γραμμῆς καὶ δύο καμπύλων γραμμῶν εὐθείας, ὧν ἑκατέρα διάμετρος οὖσα τὰς τῇ ἑτέρᾳ παραλλήλους δίχα διαιρεῖ.

ἄξονα δὲ καλῶ καμπύλης γραμμῆς καὶ δύο καμπύλων γραμμῶν εὐθεῖαν, ἥτις διάμετρος οὖσα τῆς γραμμῆς ἢ τῶν γραμμῶν πρὸς ὀρθὰς τέμνει τὰς παραλλήλους.

συζυγεῖς καλῶ ἄξονας καμπύλης γραμμῆς καὶ δύο καμπύλων γραμμῶν εὐθείας, αἵτινες διάμετροι οὖσαι συζυγεῖς πρὸς ὀρθὰς τέμνουσι τὰς ἀλλήλων παραλλήλους.

α'.

Αἱ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας ἀγόμεναι εὐθεῖαι ἐπὶ τὰ ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ σημεῖα ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ εἰσίν.

ἔστω κωνικὴ ἐπιφάνεια, ἧς κορυφὴ τὸ *Α* σημεῖον, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τὸ *Β*, καὶ ἐπεζεύχθω τις εὐθεῖα ἡ *ΑΓΒ*. λέγω, ὅτι ἡ *ΑΓΒ* εὐθεῖα ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ ἐστίν.

5. πρός] προσ` seq. lineola fortuita V. 6. ὀρθίαν] p; ὀρθείαν V, mg. m. rec. „ὀρθίαν ut infra". 9. τέμνει] p, τέμνῃ V. 11. δύο] om. Halley cum Comm. 21. α'] cv, om. V.

5. Similiter uero etiam duarum linearum curuarum in uno plano positarum diametrum transuersam adpello rectam, quae duas illas lineas secans omnes rectas in utraque linea rectae alicui parallelas ductas in binas partes aequales secat, uertices autem linearum terminos diametri in linea positos, rectam autem, quae inter duas lineas posita omnes rectas rectae alicui parallelas ductas et inter lineas abscisas in binas partes aequales secat, singulas autem parallelas ad diametrum ordinate ductas esse.


6. Coniugatas diametros adpello lineae curuae duarumque linearum curuarum rectas, quarum utraque diametrus est et rectas alteri parallelas in binas partes aequales secat.

7. Axem uero lineae curuae duarumque linearum curuarum rectam adpello, quae diametrus est lineae linearumue et parallelas ad angulos rectos secat.

8. Axes coniugatos adpello lineae curuae duarumque linearum curuarum rectas, quae diametri coniugatae sunt et altera alterius parallelas ad rectos angulos secant.

I.

Rectae a uertice superficiei conicae ad puncta superficiei ductae in superficie sunt.



sit superficies conica, cuius uertex sit A punctum, et sumatur in superficie conica punctum aliquod B, et ducatur recta aliqua $A\Gamma B$. dico, rectam $A\Gamma B$ in superficie esse.

εἰ γὰρ δυνατόν, μὴ ἔστω, καὶ ἔστω ἡ γεγραφυῖα τὴν ἐπιφάνειαν εὐθεῖα ἡ ΔΕ, ὁ δὲ κύκλος, καθ' οὗ φέρεται ἡ ΕΔ, ὁ ΕΖ. ἐὰν δὴ μένοντος τοῦ Α σημείου ἡ ΔΕ εὐθεῖα φέρηται κατὰ τῆς τοῦ ΕΖ κύκλου περιφερείας, ἥξει καὶ διὰ τοῦ Β σημείου, καὶ ἔσται δύο εὐθειῶν τὰ αὐτὰ πέρατα· ὅπερ ἄτοπον.

οὐκ ἄρα ἡ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Β ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ· ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ ἄρα ἐστί.

πόρισμα.

καὶ φανερόν, ὅτι, ἐὰν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπί τι σημεῖον τῶν ἐντὸς τῆς ἐπιφανείας ἐπιζευχθῇ εὐθεῖα, ἐντὸς πεσεῖται τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας, καὶ ἐὰν ἐπί τι τῶν ἐκτὸς ἐπιζευχθῇ, ἐκτὸς ἔσται τῆς ἐπιφανείας.

β'.

Ἐὰν ἐφ' ὁποτερασοῦν τῶν κατὰ κορυφὴν ἐπιφανειῶν δύο σημεῖα ληφθῇ, ἡ δὲ ἐπὶ τὰ σημεῖα ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα μὴ νεύῃ ἐπὶ τὴν κορυφήν, ἐντὸς πεσεῖται τῆς ἐπιφανείας, ἡ δὲ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ ἐκτός.

ἔστω κωνικὴ ἐπιφάνεια, ἧς κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, ὁ δὲ κύκλος, καθ' οὗ φέρεται ἡ τὴν ἐπιφάνειαν γράφουσα εὐθεῖα, ὁ ΒΓ, καὶ εἰλήφθω ἐφ' ὁποτερασοῦν τῶν κατὰ κορυφὴν ἐπιφανειῶν δύο σημεῖα τὰ Δ, Ε, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΔΕ μὴ νευέτω ἐπὶ τὸ Α σημεῖον. λέγω, ὅτι ἡ ΔΕ ἐντὸς ἔσται τῆς ἐπιφανείας καὶ ἡ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ ἐκτός.

ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΕ, ΑΔ καὶ ἐκβεβλήσθωσαν· πεσοῦνται δὴ ἐπὶ τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν. πιπτέ-

2. καθ'] cv; κα- euan. V, rep. mg. m. rec. 10. πόρισμα] om. V.

nam si fieri potest, ne sit, et ΔE sit recta superficiem describens, circulus autem, per quem fertur, sit EZ. itaque, si manente puncto A recta ΔE per ambitum circuli EZ fertur, etiam per punctum B ueniet, et duae rectae eosdem terminos habebunt; quod fieri non potest.

ergo fieri non potest, ut recta ab A ad B ducta in superficie non sit. ergo est in superficie.

Corollarium.

et manifestum est, si a uertice ad punctum aliquod eorum, quae intra superficiem sunt, recta ducatur, eam intra superficiem conicam casuram esse, et si ad aliquod eorum ducatur, quae extra sunt, extra superficiem casuram.

II.

Si in utralibet superficie earum, quae ad uerticem inter se positae sunt, duo puncta sumuntur, et recta puncta illa coniungens ad uerticem non cadit, intra superficiem cadet, producta uero in directum extra.

sit superficies conica, cuius uertex sit A, circulus autem, per quem recta superficiem describens fertur, sit $B\Gamma$, et in utralibet superficie earum, quae ad uerticem sunt inter se, duo puncta sumantur Δ, E, et ducta ΔE ne cadat ad punctum A. dico, ΔE intra superficiem esse, productam autem in directum extra.

ducantur AE, $A\Delta$ et producantur; cadent igitur ad ambitum circuli [prop. I]. cadant in B, Γ, et ducatur $B\Gamma$; $B\Gamma$ igitur intra circulum erit; quare etiam intra superficiem conicam. iam in ΔE sumatur punctum aliquod Z, et ducta AZ producatur; cadet igitur

τωσαν κατὰ τὰ Β, Γ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΓ· ἔσται ἄρα ἡ ΒΓ ἐντὸς τοῦ κύκλου· ὥστε καὶ τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας. εἰλήφθω δὴ ἐπὶ τῆς ΔΕ τυχὸν σημεῖον τὸ Ζ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΑΖ ἐκβεβλήσθω. πεσεῖται δὴ ἐπὶ τὴν ΒΓ εὐθεῖαν· τὸ γὰρ ΒΓΑ τρίγωνον ἐν ἑνί ἐστιν ἐπιπέδῳ. πιπτέτω κατὰ τὸ Η. ἐπεὶ οὖν τὸ Η ἐντός ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας, καὶ ἡ ΑΗ ἄρα ἐντός ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας· ὥστε καὶ τὸ Ζ ἐντός ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας. ὁμοίως δὴ δειχθήσεται, ὅτι καὶ πάντα τὰ ἐπὶ τῆς ΔΕ σημεῖα ἐντός ἐστι τῆς ἐπιφανείας· ἡ ἄρα ΔΕ ἐντός ἐστι τῆς ἐπιφανείας.

ἐκβεβλήσθω δὴ ἡ ΔΕ ἐπὶ τὸ Θ. λέγω δή, ὅτι ἐκτὸς πεσεῖται τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας. εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω τι αὐτῆς τὸ Θ μὴ ἐκτὸς τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΑΘ ἐκβεβλήσθω· πεσεῖται δὴ ἢ ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τοῦ κύκλου ἢ ἐντός· ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· πίπτει γὰρ ἐπὶ τὴν ΒΓ ἐκβαλλομένην ὡς κατὰ τὸ Κ. ἡ ΕΘ ἄρα ἐκτός ἐστι τῆς ἐπιφανείας.

ἡ ἄρα ΔΕ ἐντός ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας, καὶ ἡ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ ἐκτός.


γ'.


Ἐὰν κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τῆς κορυφῆς, ἡ τομὴ τρίγωνόν ἐστιν.


ἔστω κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ τινὶ διὰ τοῦ Α σημείου, καὶ ποιείτω τομὰς ἐπὶ μὲν τῆς ἐπιφανείας τὰς ΑΒ, ΑΓ γραμμάς, ἐν δὲ τῇ βάσει τὴν ΒΓ εὐθεῖαν. λέγω, ὅτι τὸ ΑΒΓ τρίγωνόν ἐστιν.

1. ἄρα] cv; euan. V, rep. mg. m. rec. 16. περιφέφειαν V (in alt. φ inc. fol. 3ᵘ), corr. m. rec. ἀδύνατον] cv, -τον euan. V. 20. ἐκτός] ἐκτός :— V. 28. ΑΒΓ] p, ΑΓ V, corr. m. 2 v.

ad rectam $B\Gamma$; triangulus enim $B\Gamma A$ in uno plano positus est [Eucl. XI, 2]. cadat in H. iam quoniam H intra superficiem conicam est, etiam AH intra superficiem conicam est [prop. I coroll.]; quare etiam Z intra superficiem conicam est. similiter igitur demonstrabimus, etiam omnia puncta rectae ΔE intra superficiem esse; itaque ΔE intra superficiem est.







iam ΔE ad Θ producatur. dico, eam extra superficiem conicam cadere. nam si fieri potest, pars eius aliqua uelut Θ extra superficiem conicam ne sit, et ducta $A\Theta$ producatur. cadet igitur aut in ambitum circuli aut intra [prop. I et coroll.]; quod fieri non potest. cadit enim in $B\Gamma$ productam ut in K. itaque $E\Theta$ extra superficiem est.

ergo ΔE intra superficiem conicam est, producta autem in directum extra.

III.

Si conus per uerticem plano secatur, sectio triangulus est.

sit conus, cuius uertex sit A punctum, basis autem circulus $B\Gamma$, et secetur plano aliquo per A punctum, et hoc sectiones efficiat in superficie lineas AB, $A\Gamma$, in basi autem rectam $B\Gamma$. dico, $AB\Gamma$ triangulum esse.

ἐπεὶ γὰρ ἡ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Β ἐπιζευγνυμένη κοινὴ τομή ἐστι τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τῆς τοῦ κώνου ἐπιφανείας, εὐθεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΒ· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ΑΓ. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΒΓ εὐθεῖα. τρίγωνον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓ.

ἐὰν ἄρα κῶνος ἐπιπέδῳ τινὶ τμηθῇ διὰ τῆς κορυφῆς, ἡ τομὴ τρίγωνόν ἐστιν.

δ'.


Ἐὰν ὁποτεραοῦν τῶν κατὰ κορυφὴν ἐπιφανειῶν ἐπιπέδῳ τινὶ τμηθῇ παραλλήλῳ τῷ κύκλῳ, καθ' οὗ φέρεται ἡ γράφουσα τὴν ἐπιφάνειαν εὐθεῖα, τὸ ἐναπολαμβανόμενον ἐπίπεδον μεταξὺ τῆς ἐπιφανείας κύκλος ἔσται τὸ κέντρον ἔχων ἐπὶ τοῦ ἄξονος, τὸ δὲ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τοῦ κύκλου καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπὸ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου κωνικῆς ἐπιφανείας πρὸς τῇ κορυφῇ κῶνος ἔσται.

ἔστω κωνικὴ ἐπιφάνεια, ἧς κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, ὁ δὲ κύκλος, καθ' οὗ φέρεται ἡ τὴν ἐπιφάνειαν γράφουσα εὐθεῖα, ὁ ΒΓ, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ τινὶ παραλλήλῳ τῷ ΒΓ κύκλῳ, καὶ ποιείτω ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τομὴν τὴν ΔΕ γραμμήν. λέγω, ὅτι ἡ ΔΕ γραμμὴ κύκλος ἐστὶν ἐπὶ τοῦ ἄξονος ἔχων τὸ κέντρον.

εἰλήφθω γὰρ τὸ κέντρον τοῦ ΒΓ κύκλου τὸ Ζ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΖ. ἄξων ἄρα ἐστὶ καὶ συμβάλλει τῷ τέμνοντι ἐπιπέδῳ. συμβαλλέτω κατὰ τὸ Η, καὶ ἐκβεβλήσθω τι διὰ τῆς ΑΖ ἐπίπεδον. ἔσται δὴ ἡ τομὴ τρίγωνον τὸ ΑΒΓ. καὶ ἐπεὶ τὰ Δ, Η, Ε σημεῖα ἐν τῷ τέμνοντί ἐστιν ἐπιπέδῳ, ἔστι δὲ καὶ ἐν τῷ τοῦ

---

7. ἐστιν] ἐστί :— V.




nam quoniam linea ab A ad B ducta communis est sectio plani secantis et superficiei conicae, recta est AB. et eadem de causa $A\Gamma$. uerum etiam $B\Gamma$ recta est. itaque $AB\Gamma$ triangulus est.

ergo si conus plano per uerticem secatur, sectio triangulus est.

IV.

Si utralibet superficies earum, quae ad uerticem sunt inter se, plano secatur aliquo ei circulo parallelo, per quem fertur recta superficiem describens, planum intra superficiem comprehensum circulus erit centrum in axe habens, figura autem a circulo et superficie conica plano secante abscisa ad uerticem comprehensa conus erit.

sit superficies conica, cuius uertex sit A punctum, circulus autem, per quem fertur recta superficiem



describens, $B\Gamma$, et secetur plano aliquo circulo $B\Gamma$ parallelo, et hoc in superficie sectionem efficiat lineam ΔE. dico, lineam ΔE circulum esse centrum in axe habentem.

sumatur enim Z centrum circuli $B\Gamma$, et ducatur AZ. axis igitur est [def. 1] et cum plano secante

ΑΒΓ ἐπιπέδῳ, εὐθεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΗΕ. εἰλήφθω δή τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ΔΕ γραμμῆς τὸ Θ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΑΘ ἐκβεβλήσθω. συμβαλεῖ δὴ τῇ ΒΓ περιφερείᾳ. συμβαλλέτω κατὰ τὸ Κ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΗΘ, ΖΚ. καὶ ἐπεὶ δύο ἐπίπεδα παράλληλα τὰ ΔΕ, ΒΓ ὑπὸ ἐπιπέδου τινὸς τέμνεται τοῦ ΑΒΓ, αἱ κοιναὶ αὐτῶν τομαὶ παράλληλοί εἰσι· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΕ τῇ ΒΓ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ΗΘ τῇ ΚΖ παράλληλος. ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΖΑ πρὸς τὴν ΑΗ, οὕτως ἥ τε ΖΒ πρὸς ΔΗ καὶ ἡ ΖΓ πρὸς ΗΕ καὶ ἡ ΖΚ πρὸς ΗΘ. καί εἰσιν αἱ τρεῖς αἱ ΒΖ, ΚΖ, ΖΓ ἴσαι ἀλλήλαις· καὶ αἱ τρεῖς ἄρα αἱ ΔΗ, ΗΘ, ΗΕ ἴσαι εἰσὶν ἀλλήλαις. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι καὶ πᾶσαι αἱ ἀπὸ τοῦ Η σημείου πρὸς τὴν ΔΕ γραμμὴν προσπίπτουσαι εὐθεῖαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί.

κύκλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΕ γραμμὴ τὸ κέντρον ἔχων ἐπὶ τοῦ ἄξονος.

καὶ φανερόν, ὅτι τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τοῦ ΔΕ κύκλου καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τῷ Α σημείῳ κωνικῆς ἐπιφανείας κῶνός ἐστι.

καὶ συναποδέδεικται, ὅτι ἡ κοινὴ τομὴ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου διάμετρός ἐστι τοῦ κύκλου.

ε'.

Ἐὰν κῶνος σκαληνὸς ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει, τμηθῇ δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς μὲν τῷ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνῳ, ἀφαιροῦντι δὲ πρὸς τῇ κορυφῇ τρίγωνον ὅμοιον μὲν τῷ διὰ τοῦ

6. *τέμνεται τοῦ*] bis (in extr. et pr. fol.) V, corr. m. 1. 11. *αἱ*] (alt.) p, om. V, corr. m. 2 v. 20. *τῷ Α σημείῳ*] sine causa rep. mg. m. rec. V.

concidit. concidat in H, et per AZ planum ducatur. sectio igitur $AB\Gamma$ triangulus erit [prop. III]. et quoniam puncta Δ, H, E in plano secanti sunt, uerum etiam in plano $AB\Gamma$, ΔHE recta est [Eucl. XI, 3]. sumatur igitur in linea ΔE punctum aliquod Θ, et ducta $A\Theta$ producatur. concidet igitur cum ambitu $B\Gamma$. concidat in K, et ducantur $H\Theta$, ZK. et quoniam duo plana parallela ΔE, $B\Gamma$ plano $AB\Gamma$ secantur, communes eorum sectiones parallelae sunt [Eucl. XI, 16]. itaque ΔE rectae $B\Gamma$ parallela est. eadem de causa etiam $H\Theta$ rectae KZ parallela est. itaque [Eucl. VI, 4] $ZA : AH = ZB : \Delta H = Z\Gamma : HE = ZK : H\Theta$. et $BZ = KZ = Z\Gamma$. quare etiam $\Delta H = H\Theta = HE$ [Eucl. V, 9]. iam similiter demonstrabimus, etiam omnes rectas ab H puncto ad lineam ΔE adcidentes inter se aequales esse.

ergo linea ΔE circulus est centrum in axe habens.

et manifestum est, figuram circulo ΔE et superficie conica ab eo abscisa ad A punctum comprehensam conum esse.

et simul demonstratum est, sectionem communem plani secantis trianguli que per axem positi diametrum circuli esse.

V.

Si conus obliquus per axem plano ad basim perpendiculari secatur et simul alio plano secatur ad triangulum per axem positum perpendiculari, quod ad uerticem triangulum abscindat triangulo per axem posito similem, sed e contrario positum, sectio circulus erit; adpelletur autem talis sectio contraria.

ἄξονος τριγώνῳ, ὑπεναντίως δὲ κείμενον, ἡ τομὴ κύκλος ἐστί, καλείσθω δὲ ἡ τοιαύτη τομὴ ὑπεναντία.


ἔστω κῶνος σκαληνός, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ *Α* σημεῖον, βάσις δὲ ὁ *ΒΓ* κύκλος, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος ὀρθῷ πρὸς τὸν *ΒΓ* κύκλον, καὶ ποιείτω τομὴν τὸ *ΑΒΓ* τρίγωνον. τετμήσθω δὴ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ὄντι τῷ *ΑΒΓ* τριγώνῳ, ἀφαιροῦντι δὲ τρίγωνον πρὸς τῷ *Α* σημείῳ τὶ *ΑΚΗ* ὅμοιον μὲν τῷ *ΑΒΓ* τριγώνῳ, ὑπεναντίως δὲ κείμενον, τουτέστιν ὥστε ἴσην εἶναι τὴν ὑπὸ *ΑΚΗ* γωνίαν τῇ ὑπὸ *ΑΒΓ*. καὶ ποιείτω τομὴν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τὴν *ΗΘΚ* γραμμήν. λέγω, ὅτι κύκλος ἐστὶν ἡ *ΗΘΚ* γραμμή.

εἰλήφθω γάρ τινα σημεῖα ἐπὶ τῶν *ΗΘΚ*, *ΒΓ* γραμμῶν τὰ *Θ*, *Λ*, καὶ ἀπὸ τῶν *Θ*, *Λ* σημείων ἐπὶ τὸ διὰ τοῦ *ΑΒΓ* τριγώνου ἐπίπεδον κάθετοι ἤχθωσαν· πεσοῦνται δὴ ἐπὶ τὰς κοινὰς τομὰς τῶν ἐπιπέδων. πιπτέτωσαν ὡς αἱ *ΖΘ*, *ΛΜ*. παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ *ΖΘ* τῇ *ΛΜ*. ἤχθω δὴ διὰ τοῦ *Ζ* τῇ *ΒΓ* παράλληλος ἡ *ΔΖΕ*· ἔστι δὲ καὶ ἡ *ΖΘ* τῇ *ΛΜ* παράλληλος· τὸ ἄρα διὰ τῶν *ΖΘ*, *ΔΕ* ἐπίπεδον παράλληλόν ἐστι τῇ βάσει τοῦ κώνου. κύκλος ἄρα ἐστίν, οὗ διάμετρος ἡ *ΔΕ*. ἴσον ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν *ΔΖ*, *ΖΕ* τῷ ἀπὸ τῆς *ΖΘ*. καὶ ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ *ΕΔ* τῇ *ΒΓ*, ἡ ὑπὸ *ΑΔΕ* γωνία ἴση ἐστὶ τῇ ὑπὸ *ΑΒΓ*. ἡ δὲ ὑπὸ *ΑΚΗ* τῇ ὑπὸ *ΑΒΓ* ὑπόκειται ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ *ΑΚΗ* ἄρα τῇ ὑπὸ *ΑΔΕ* ἐστιν ἴση. εἰσὶ δὲ καὶ αἱ πρὸς τῷ *Ζ* σημείῳ ἴσαι [κατὰ κορυφήν]. ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ *ΔΖΗ* τρίγωνον τῷ *ΚΖΕ* τριγώνῳ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ *ΕΖ* πρὸς τὴν *ΖΚ*, οὕτως ἡ *ΗΖ* πρὸς *ΖΔ*. τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν

---

6. δή] δέ Eutocius. 8. *ΑΚΗ*] p, *ΚΗ* V. 27. κατὰ κορυφήν] deleo; κατὰ κορυφὴν γάρ p, in ras. m. 2 v.

sit conus obliquus, cuius uertex sit A punctum, basis autem circulus $B\Gamma$, et per axem secetur plano ad circulum $B\Gamma$ perpendiculari, et hoc sectionem efficiat triangulum $AB\Gamma$ [prop. III]. iam etiam alio plano secetur ad triangulum $AB\Gamma$ perpendiculari, quod ad A punctum abscindat triangulum AKH similem triangulo $AB\Gamma$, sed e contrario positum, h. e. ita ut sit



$$\angle AKH = \angle AB\Gamma.$$

et in superficie efficiat sectionem lineam $H\Theta K$. dico, lineam $H\Theta K$ circulum esse.

sumantur enim in lineis $H\Theta K$, $B\Gamma$ puncta aliqua Θ, Λ, et a punctis Θ, Λ ad planum trianguli $AB\Gamma$ perpendiculares ducantur; cadent igitur ad communes sectiones planorum [Eucl. XI def. 6]. cadant ut $Z\Theta$, ΛM. itaque $Z\Theta$, ΛM parallelae sunt [Eucl. XI, 6]. ducatur igitur per Z rectae $B\Gamma$ parallela ΔZE. uerum etiam $Z\Theta$ rectae ΛM parallela est. itaque planum rectarum $Z\Theta$, ΔE basi coni parallelum est [Eucl. XI, 15]. quare circulus est, cuius diametrus est ΔE [prop. IV]. itaque est [Eucl. VI, 8] $\Delta Z \times ZE = Z\Theta^2$. et quoniam $E\Delta$, $B\Gamma$ parallelae sunt, erit $\angle A\Delta E = \angle AB\Gamma$ [Eucl. I, 29]. uerum supposuimus, esse $\angle AKH = \angle AB\Gamma$; quare etiam $\angle AKH = \angle A\Delta E$. uerum etiam anguli ad Z punctum positi aequales sunt [Eucl. I, 15]. itaque $\Delta ZH \sim KZE$. quare [Eucl. VI, 4]

$$EZ : ZK = HZ : Z\Delta.$$

itaque $EZ \times Z\Delta = KZ \times ZH$ [Eucl. VI, 17].

ΕΖΔ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΚΖΗ. ἀλλὰ τῷ ὑπὸ τῶν ΕΖΔ ἴσον ἐδείχθη τὸ ἀπὸ τῆς ΖΘ· καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΚΖ, ΖΗ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΖΘ. ὁμοίως δὴ δειχθήσονται καὶ πᾶσαι αἱ ἀπὸ τῆς ΗΘΚ γραμμῆς ἐπὶ τὴν ΗΚ ἠγμέναι κάθετοι ἴσον δυνάμεναι τῷ ὑπὸ τῶν τμημάτων τῆς ΗΚ.

κύκλος ἄρα ἐστὶν ἡ τομή, οὗ διάμετρος ἡ ΗΚ.

ϛ'.

Ἐὰν κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, ληφθῇ δέ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τοῦ κώνου ἐπιφανείας, ὃ μή ἐστιν ἐπὶ τῆς πλευρᾶς τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀχθῇ παράλληλος εὐθείᾳ τινί, ἥ ἐστι κάθετος ἀπὸ τῆς περιφερείας τοῦ κύκλου ἐπὶ τὴν βάσιν τοῦ τριγώνου, συμβαλεῖ τῷ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνῳ καὶ προσεκβαλλομένη ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς ἐπιφανείας δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τοῦ τριγώνου.

ἔστω κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, καὶ τετμήσθω ὁ κῶνος ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ ποιείτω κοινὴν τομὴν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, καὶ ἀπό τινος σημείου τῶν ἐπὶ τῆς ΒΓ περιφερείας τοῦ Μ κάθετος ἤχθω ἐπὶ τὴν ΒΓ ἡ ΜΝ. εἰλήφθω δὴ ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου σημεῖόν τι τὸ Δ, καὶ διὰ τοῦ Δ τῇ ΜΝ παράλληλος ἤχθω ἡ ΔΕ. λέγω, ὅτι ἡ ΔΕ ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῷ ἐπιπέδῳ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου καὶ προσεκβαλλομένη ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος τοῦ κώνου, ἄχρις ἂν συμπέσῃ τῇ ἐπιφανείᾳ αὐτοῦ, δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τοῦ ἐπιπέδου τοῦ ΑΒΓ τριγώνου.

---

1. *ἐστί* — 2. *ἴσον*] om. V, corr. p (*ΚΖ, ΖΗ* et *ΕΖ, ΖΔ*). 2. ΖΘ] ΕΘ V; corr. p. 5. *ΗΚ*] p, *ΗΓ* V, corr. m. 2 v. 12. *εὐθείᾳ*] rep. mg. m. rec. V. 14. *σαμβαλεῖ* V, sed corr.

demonstrauimus autem, esse $EZ \times Z\Delta = Z\Theta^2$. quare etiam $KZ \times ZH = Z\Theta^2$.


iam similiter demonstrabimus, etiam omnes rectas a linea $H\Theta K$ ad HK perpendiculares ductas quadratas aequales esse rectangulo partium rectae HK.

ergo sectio circulus est, cuius diametrus est HK.

VI.

Si conus plano per axem secatur, et in superficie coni punctum aliquod sumitur, quod in latere trianguli per axem positi non est, et ab eo recta ducitur parallela rectae ab ambitu circuli ad basim trianguli perpendiculari, ea cum triangulo per axem posito concurret et usque ad alteram partem superficiei producta a triangulo in duas partes aequales secabitur.

sit conus, cuius uertex sit A punctum, basis autem $B\Gamma$ circulus, et secetur conus plano per axem, et hoc communem sectionem efficiat $AB\Gamma$ triangulum, et a



puncto M ambitus $B\Gamma$ ad $B\Gamma$ perpendicularis ducatur MN. iam in superficie coni punctum aliquod sumatur Δ, et per Δ rectae MN parallela ducatur ΔE. dico, rectam ΔE productam cum plano trianguli $AB\Gamma$

ἐπεζεύχθω ἡ $A\Delta$ καὶ ἐκβεβλήσθω· συμπεσεῖται ἄρα τῇ περιφερείᾳ τοῦ $B\Gamma$ κύκλου. συμπιπτέτω κατὰ τὸ K, καὶ ἀπὸ τοῦ K ἐπὶ τὴν $B\Gamma$ κάθετος ἤχθω ἡ $K\Theta\Lambda$· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ $K\Theta$ τῇ MN· καὶ τῇ ΔE ἄρα. ἐπεζεύχθω ἀπὸ τοῦ A ἐπὶ τὸ Θ ἡ $A\Theta$. ἐπεὶ οὖν ἐν τριγώνῳ τῷ $A\Theta K$ τῇ ΘK παράλληλός ἐστιν ἡ ΔE, ἡ ΔE ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ $A\Theta$. ἡ δὲ $A\Theta$ ἐν τῷ τοῦ $AB\Gamma$ ἐστιν ἐπιπέδῳ· συμπεσεῖται ἄρα ἡ ΔE τῷ τοῦ $AB\Gamma$ τριγώνου ἐπιπέδῳ. διὰ τὰ αὐτὰ καὶ τῇ $A\Theta$ συμπίπτει· συμπιπτέτω κατὰ τὸ Z, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΔZ ἐπ' εὐθείας, ἄχρις ἂν συμπέσῃ τῇ τοῦ κώνου ἐπιφανείᾳ. συμπιπτέτω κατὰ τὸ H. λέγω, ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΔZ τῇ ZH.

ἐπεὶ γὰρ τὰ A, H, Λ σημεῖα ἐν τῇ τοῦ κώνου ἐστὶν ἐπιφανείᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἐπιπέδῳ τῷ διὰ τῶν $A\Theta$, AK, ΔH, $K\Lambda$ ἐκβαλλομένῳ, ὅπερ διὰ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου τρίγωνόν ἐστι, τὰ A, H, Λ ἄρα σημεῖα ἐπὶ τῆς κοινῆς ἐστι τομῆς τῆς τοῦ κώνου ἐπιφανείας καὶ τοῦ τριγώνου. εὐθεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ διὰ τῶν A, H, Λ. ἐπεὶ οὖν ἐν τριγώνῳ τῷ $A\Lambda K$ τῇ $K\Theta\Lambda$ βάσει παράλληλος ἦκται ἡ ΔH, καὶ διῆκταί τις ἀπὸ τοῦ A ἡ $AZ\Theta$, ἔστιν ὡς ἡ $K\Theta$ πρὸς $\Theta\Lambda$, ἡ ΔZ πρὸς ZH. ἴση δὲ ἡ $K\Theta$ τῇ $\Theta\Lambda$, ἐπείπερ ἐν κύκλῳ τῷ $B\Gamma$ κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν διάμετρον ἡ $K\Lambda$. ἴση ἄρα καὶ ἡ ΔZ τῇ ZH.

ζ΄.

Ἐὰν κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, τμηθῇ δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐστιν ἡ βάσις τοῦ κώνου, κατ' εὐθεῖαν πρὸς ὀρθὰς οὖσαν

---

21. ἀπὸ τοῦ] cp, ἀποῦ V. 23. ἐν] ἐκ V; corr. p.

concurrere et ad alteram partem coni productam, donec cum superficie eius concurrat, a plano trianguli $AB\Gamma$ in duas partes aequales secari.

ducatur $A\Delta$ et producatur; concurret igitur cum ambitu circuli $B\Gamma$ [prop. I]. concurrat in K, et a K ad $B\Gamma$ perpendicularis ducatur $K\Theta\Lambda$; itaque $K\Theta$ rectae MN parallela est [Eucl. I, 28]; quare etiam rectae ΔE [Eucl. XI, 9]. ducatur ab A ad Θ recta $A\Theta$. iam quoniam in triangulo $A\Theta K$ rectae ΘK parallela est ΔE, ΔE producta cum $A\Theta$ concurret [Eucl. VI, 2]. uerum $A\Theta$ in plano trianguli $AB\Gamma$ posita est. itaque ΔE cum plano trianguli $AB\Gamma$ concurret.

simul demonstrauimus, eam etiam cum $A\Theta$ concurrere. concurrat in Z, et ΔZ in directum producatur, donec cum superficie coni concurrat. concurrat in H. dico, esse $\Delta Z = ZH$.


nam quoniam puncta A, H, Λ in superficie coni sunt, uerum etiam in plano per $A\Theta$, AK, ΔH, $K\Lambda$ ducto, quod triangulus est per uerticem coni [prop. III], puncta A, H, Λ in communi sectione superficiei coni triangulique sunt. itaque linea per A, H, Λ ducta recta est. iam quoniam in triangulo $A\Lambda K$ basi $K\Theta\Lambda$ parallela ducta est ΔH, et ab A producta est $AZ\Theta$, erit $K\Theta : \Theta\Lambda = \Delta Z : ZH$. est autem $K\Theta = \Theta\Lambda$, quoniam in circulo $B\Gamma$ ad diametrum perpendicularis est $K\Lambda$ [Eucl. III, 3]. ergo etiam $\Delta Z = ZH$.

VII.

Si conus per axem plano secatur et alio quoque plano secatur, quod id planum, in quo est basis coni, secundum rectam secat aut ad basim trianguli per

ἤτοι τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου ἢ τῇ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ, αἱ ἀγόμεναι εὐθεῖαι ἀπὸ τῆς γενηθείσης τομῆς ἐν τῇ τοῦ κώνου ἐπιφανείᾳ, ἣν ἐποίησε τὸ τέμνον ἐπίπεδον, παράλληλοι τῇ πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει τοῦ τριγώνου εὐθείᾳ ἐπὶ τὴν κοινὴν τομὴν πεσοῦνται τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου καὶ προσεκβαλλόμεναι ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς τομῆς δίχα τμηθήσονται ὑπ' αὐτῆς, καὶ ἐὰν μὲν ὀρθὸς ᾖ ὁ κῶνος, ἡ ἐν τῇ βάσει εὐθεῖα πρὸς ὀρθὰς ἔσται τῇ κοινῇ τομῇ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, ἐὰν δὲ σκαληνός, οὐκ αἰεὶ πρὸς ὀρθὰς ἔσται, ἀλλ' ὅταν τὸ διὰ τοῦ ἄξονος ἐπίπεδον πρὸς ὀρθὰς ᾖ τῇ βάσει τοῦ κώνου.


ἔστω κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ *Α* σημεῖον, βάσις δὲ ὁ *ΒΓ* κύκλος, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ ποιείτω τομὴν τὸ *ΑΒΓ* τρίγωνον. τετμήσθω δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ *ΒΓ* κύκλος, κατ' εὐθεῖαν τὴν *ΔΕ* ἤτοι πρὸς ὀρθὰς οὖσαν τῇ *ΒΓ* ἢ τῇ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ, καὶ ποιείτω τομὴν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τὴν *ΔΖΕ*· κοινὴ δὴ τομὴ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τοῦ *ΑΒΓ* τριγώνου ἡ *ΖΗ*. καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς *ΔΖΕ*



1. τοῦ] τῇ V; corr. p. 22. ἤτοι] ἤτ V, ἤτοι mg. m. rec. 27. δή] scripsi; δέ V.

axem positi aut ad eandem productam perpendicularem, rectae a sectione in superficie coni orta, quam planum secans effecit, parallelae ductae rectae ad basim trianguli perpendiculari cadent in communem sectionem plani secantis trianguli que per axem positi et ad alteram partem sectionis productae in binas partes aequales ab ea secabuntur, et si conus rectus est, recta in basi posita perpendicularis erit ad communem sectionem plani secantis triangulique per axem positi, sin obliquus est, non semper perpendicularis erit, sed ita tantum, si planum per axem ductum ad basim coni perpendiculare est.

sit conus, cuius uertex sit A punctum, basis autem $B\Gamma$ circulus, et plano per axem secetur, et hoc sectionem faciat triangulum $AB\Gamma$. secetur autem etiam alio plano, quod planum, in quo est circulus $B\Gamma$, secundum rectam ΔE secat aut ad $B\Gamma$ aut ad eandem productam perpendicularem, et hoc in superficie coni sectionem efficiat ΔZE; communis igitur sectio plani secantis triangulique $AB\Gamma$ est ZH. et sumatur in sectione ΔZE punctum aliquod Θ, ducaturque per Θ rectae ΔE parallela ΘK. dico, ΘK cum recta ZH concurrere et ad alteram partem sectionis ΔZE productam a recta ZH in duas partes aequales secari.



τομῆς τὸ Θ, καὶ ἤχθω διὰ τοῦ Θ τῇ ΔΕ παράλληλος ἡ ΘΚ. λέγω, ὅτι ἡ ΘΚ συμβαλεῖ τῇ ΖΗ καὶ ἐκβαλλομένη ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς ΔΖΕ τομῆς δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τῆς ΖΗ εὐθείας.

ἐπεὶ γὰρ κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, τέτμηται ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ ποιεῖ τομὴν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, εἴληπται δέ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας, ὃ μή ἐστιν ἐπὶ πλευρᾶς τοῦ ΑΒΓ τριγώνου, τὸ Θ, καί ἐστι κάθετος ἡ ΔΗ ἐπὶ τὴν ΒΓ, ἡ ἄρα διὰ τοῦ Θ τῇ ΔΗ παράλληλος ἀγομένη, τουτέστιν ἡ ΘΚ, συμβαλεῖ τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ καὶ προσεκβαλλομένη ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς ἐπιφανείας δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τοῦ τριγώνου. ἐπεὶ οὖν ἡ διὰ τοῦ Θ τῇ ΔΕ παράλληλος ἀγομένη συμβάλλει τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ καί ἐστιν ἐν τῷ διὰ τῆς ΔΖΕ τομῆς ἐπιπέδῳ, ἐπὶ τὴν κοινὴν ἄρα τομὴν πεσεῖται τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου. κοινὴ δὲ τομή ἐστι τῶν ἐπιπέδων ἡ ΖΗ· ἡ ἄρα διὰ τοῦ Θ τῇ ΔΕ παράλληλος ἀγομένη πεσεῖται ἐπὶ τὴν ΖΗ· καὶ προσεκβαλλομένη ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς ΔΖΕ τομῆς δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τῆς ΖΗ εὐθείας.

ἤτοι δὴ ὁ κῶνος ὀρθός ἐστιν, ἢ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ ΑΒΓ ὀρθόν ἐστι πρὸς τὸν ΒΓ κύκλον, ἢ οὐδέτερον.

ἔστω πρότερον ὁ κῶνος ὀρθός· εἴη ἂν οὖν καὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον ὀρθὸν πρὸς τὸν ΒΓ κύκλον. ἐπεὶ οὖν ἐπίπεδον τὸ ΑΒΓ πρὸς ἐπίπεδον τὸ ΒΓ ὀρθόν ἐστι, καὶ τῇ κοινῇ αὐτῶν τομῇ τῇ ΒΓ ἐν ἑνὶ τῶν ἐπιπέδων τῷ ΒΓ πρὸς ὀρθὰς ἦκται ἡ ΔΕ, ἡ ΔΕ ἄρα τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ ἐστὶ πρὸς ὀρθάς· καὶ πρὸς πάσας ἄρα τὰς ἁπτομένας αὐτῆς εὐθείας καὶ οὔσας ἐν τῷ ΑΒΓ

nam quoniam conus, cuius uertex est A punctum, basis autem circulus $B\Gamma$, plano per axem secatur, et hoc sectionem efficit triangulum $AB\Gamma$, in superficie autem sumptum est punctum Θ, quod in latere trianguli $AB\Gamma$ non est, et ΔH ad $B\Gamma$ perpendicularis est, recta per Θ rectae ΔH parallela ducta, hoc est ΘK, cum triangulo $AB\Gamma$ concurret et ad alteram partem superficiei producta a triangulo in duas partes aequales secabitur [prop. VI]. iam quoniam recta per Θ rectae ΔE parallela ducta cum triangulo $AB\Gamma$ concurrit et in plano sectionis ΔZE est, in communem sectionem plani secantis triangulique $AB\Gamma$ cadet. communis autem planorum sectio est ZH; itaque recta per Θ rectae ΔE parallela ducta in ZH cadet; et ad alteram partem sectionis ΔZE producta a recta ZH in duas partes aequales secabitur.

iam igitur aut rectus est conus, aut triangulus $AB\Gamma$ per axem positus ad circulum $B\Gamma$ perpendicularis est, aut neutrum.

prius conus rectus sit. itaque etiam triangulus $AB\Gamma$ ad circulum $B\Gamma$ perpendicularis est [def. 3; Eucl. XI, 18]. quoniam igitur planum $AB\Gamma$ ad planum $B\Gamma$ perpendiculare est, et in plano altero $B\Gamma$ ad communem eorum sectionem $B\Gamma$ perpendicularis ducta est ΔE, ΔE ad triangulum $AB\Gamma$ perpendicularis est [Eucl. XI def. 4]. quare etiam ad omnes rectas eam tangentes et in triangulo $AB\Gamma$ positas perpendicularis est [Eucl. XI def. 3]. ergo etiam ad ZH perpendicularis est.

τριγώνῳ ὀρθή ἐστιν. ὥστε καὶ πρὸς τὴν ΖΗ ἐστι πρὸς ὀρθάς.

μὴ ἔστω δὴ ὁ κῶνος ὀρθός. εἰ μὲν οὖν τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον ὀρθόν ἐστι πρὸς τὸν ΒΓ κύκλον, ὁμοίως δείξομεν, ὅτι καὶ ἡ ΔΕ τῇ ΖΗ ἐστι πρὸς ὀρθάς. μὴ ἔστω δὴ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ ΑΒΓ ὀρθὸν πρὸς τὸν ΒΓ κύκλον. λέγω, ὅτι οὐδὲ ἡ ΔΕ τῇ ΖΗ ἐστι πρὸς ὀρθάς. εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω· ἔστι δὲ καὶ τῇ ΒΓ πρὸς ὀρθάς· ἡ ἄρα ΔΕ ἑκατέρᾳ τῶν ΒΓ, ΖΗ ἐστι πρὸς ὀρθάς. καὶ τῷ διὰ τῶν ΒΓ, ΖΗ ἐπιπέδῳ ἄρα πρὸς ὀρθὰς ἔσται. τὸ δὲ διὰ τῶν ΒΓ, ΗΖ ἐπίπεδόν ἐστι τὸ ΑΒΓ· καὶ ἡ ΔΕ ἄρα τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ ἐστὶ πρὸς ὀρθάς. καὶ πάντα ἄρα τὰ δι' αὐτῆς ἐπίπεδα τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ ἐστὶ πρὸς ὀρθάς. ἓν δέ τι τῶν διὰ τῆς ΔΕ ἐπιπέδων ἐστὶν ὁ ΒΓ κύκλος· ὁ ΒΓ ἄρα κύκλος πρὸς ὀρθάς ἐστι τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ. ὥστε καὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον ὀρθὸν ἔσται πρὸς τὸν ΒΓ κύκλον· ὅπερ οὐχ ὑπόκειται. οὐκ ἄρα ἡ ΔΕ τῇ ΖΗ ἐστι πρὸς ὀρθάς.

πόρισμα.

ἐκ δὴ τούτου φανερόν, ὅτι τῆς ΔΖΕ τομῆς διάμετρός ἐστιν ἡ ΖΗ, ἐπείπερ τὰς ἀγομένας παραλλήλους εὐθείᾳ τινὶ τῇ ΔΕ δίχα τέμνει, καὶ ὅτι δυνατόν ἐστιν ὑπὸ τῆς διαμέτρου τῆς ΖΗ παραλλήλους τινὰς δίχα τέμνεσθαι καὶ μὴ πρὸς ὀρθάς.

η'.

Ἐὰν κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ δια τοῦ ἄξονος, τμηθῇ δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὴν βάσιν τοῦ κώνου

---

1. ὥστε] ὥστ V. 3. τό] bis V in extr. et init. pag.; corr. cvp. 16. ὥστε] ὥστ V, ὥστε mg. m. rec. 20. πόρισμα] p, om. V.

nam quoniam $E\Delta$ contingit, EZ autem ordinate ducta est, $EZ : Z\Delta$ rationem habet compositam e ratione $\Gamma Z : ZE$ eaque, quam habet latus rectum ad transuersum [prop. XXXIX]. est autem

$$EZ : Z\Delta = HK : K\Theta$$

[Eucl. VI, 4] et $\Gamma Z : ZE = \Gamma B : B\Lambda$ [ib.]. itaque $HK : K\Theta$ rationem habebit compositam ex ratione $B\Gamma : B\Lambda$ eaque, quam habet latus rectum ad transuersum. et propter ea, quae in propositione XLI demonstrata sunt, triangulus ΓKM a triangulo $B\Gamma\Lambda$ differt triangulo $H\Theta K$; nam etiam de parallelogrammis, quae iis duplo maiora sunt, eadem demonstrata sunt [u. Eutocius].

XLIV.

Si recta alterutram oppositarum contingens cum diametro concurrit, et a puncto contactus recta ad

τῆς κορυφῆς τῆς ἑτέρας τομῆς παράλληλος ἀχθῇ συμπίπτουσα τῇ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου ἠγμένῃ εὐθείᾳ, ληφθέντος δὲ ἐπὶ τῆς τομῆς, οὗ ἔτυχε σημείου, καταχθῶσιν εὐθεῖαι ἐπὶ τὴν διάμετρον, ὧν ἡ μὲν παρὰ τὴν ἐφαπτομένην, ἡ δὲ παρὰ τὴν κατηγμένην ἀπὸ τῆς ἁφῆς τεταγμένως, τὸ γινόμενον ὑπ' αὐτῶν τρίγωνον, οὗ ἀποτέμνει τριγώνου ἡ κατηγμένη πρὸς τῷ κέντρῳ τῆς τομῆς, ἔλασσον ἔσται τῷ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τριγώνῳ ὁμοίῳ τῷ ἀποτεμνομένῳ.

ἔστωσαν ἀντικείμεναι αἱ AZ, BE, διάμετρος δὲ αὐτῶν ἡ AB, κέντρον δὲ τὸ Γ, καὶ ἀπό τινος σημείου τῶν ἐπὶ τῆς ZA τομῆς τοῦ Z ἐφαπτομένη ἤχθω τῆς τομῆς ἡ ZH, τεταγμένως δὲ ἡ ZO, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓZ καὶ ἐκβεβλήσθω ὡς ἡ ΓE, καὶ διὰ τοῦ B τῇ ZO παράλληλος ἡ $B\Lambda$, καὶ σημεῖόν τι ἐπὶ τῆς BE τομῆς τὸ N, καὶ ἀπὸ τοῦ N τεταγμένως κατήχθω ἡ $N\Theta$, τῇ δὲ ZH παράλληλος ἤχθω ἡ NK. λέγω, ὅτι τὸ ΘKN τρίγωνον τοῦ $\Gamma M\Theta$ τριγώνου ἔλασσόν ἐστι τῷ $\Gamma B\Lambda$ τριγώνῳ.


διὰ γὰρ τοῦ E τῆς BE τομῆς ἐφαπτομένη ἤχθω ἡ $E\Delta$, τεταγμένως δὲ η $E\Xi$. ἐπεὶ οὖν ἀντικείμεναί εἰσιν αἱ ZA, BE, ὧν διάμετρος ἡ AB, ἡ δὲ διὰ τοῦ κέντρου ἡ $Z\Gamma E$, καὶ ἐφαπτόμεναι τῶν τομῶν αἱ ZH, $E\Delta$, τῇ ZH παράλληλός ἐστιν ἡ ΔE. ἡ δὲ NK παράλληλός ἐστι τῇ ZH· καὶ τῇ $E\Delta$ ἄρα παράλληλός ἐστιν η NK, ἡ δὲ $M\Theta$ τῇ $B\Lambda$. ἐπεὶ οὖν ὑπερβολή ἐστιν ἡ BE,

---

8. ἐκ τοῦ] om. V; corr. p. 14. ἡ ΓZ καὶ ἐκβεβλήσθω] bis V; corr. p. 15. καί] καὶ εἰλήφθω Halley praeeunte Commandino („relictum sit“ Memus). 17. ΘKN] p, ΘK V. 21. $E\Xi$] EZ V; corr. p. 23. $Z\Gamma E$] p, Eutocius; $ZE\Gamma$ V. 25. ἄρα] p; om. V. NK] pvc; in V pro certo legi non potest.

diametrum ordinate ducitur, huic autem parallela per uerticem alterius sectionis ducitur recta cum recta per punctum contactus centrumque ducta concurrens, sumpto autem in sectione puncto aliquo ad diametrum rectae ducuntur, quarum altera contingenti, altera rectae a puncto contactus ordinate ductae parallela est, triangulus ab his effectus triangulo, quem recta ordinate ducta ad centrum sectionis abscindit, minor erit triangulo in radio descripto simili triangulo absciso.

sint oppositae AZ, BE, diametrus autem earum AB, centrum autem Γ, et a Z puncto aliquo sectionis ZA sectionem contingens ducatur ZH, ordinate autem ZO, et ducatur ΓZ producaturque, ut fiat ΓE, et per B rectae ZO parallela ducatur $B\Lambda$, in sectione autem BE punctum aliquod sit N, et ab N ordinate ducatur $N\Theta$, rectae autem ZH parallela ducatur NK. dico, esse $N\Theta K = \Gamma M\Theta \div \Gamma B\Lambda$.



per E enim sectionem BE contingens ducatur $E\Delta$, ordinate autem $E\Xi$. quoniam igitur ZA, BE oppositae sunt, quarum diametrus est AB, recta autem per centrum ducta $Z\Gamma E$, sectionesque contingentes ZH, $E\Delta$, rectae ZH parallela est ΔE [u. Eutocius]. est autem NK rectae ZH parallela; quare etiam rectae $E\Delta$ parallela est NK [Eucl. I, 30], $M\Theta$ autem rectae $B\Lambda$ parallela. quoniam igitur hyperbola est BE, cuius diametrus est AB, centrum autem Γ, sectionem autem contingens ΔE et ordinate ducta $E\Xi$,

ἧς διάμετρος ἡ AB, κέντρον δὲ τὸ Γ, ἐφαπτομένη δὲ τῆς τομῆς ἡ ΔE, τεταγμένως δὲ ἡ $E\Xi$, καὶ τῇ $E\Xi$ παράλληλός ἐστιν ἡ $B\Lambda$, καὶ εἴληπται ἐπὶ τῆς τομῆς σημεῖον τὸ N, ἀφ᾽ οὗ τεταγμένως μὲν κατῆκται ἡ $N\Theta$, παράλληλος δὲ ἧκται τῇ ΔE ἡ KN, τὸ ἄρα $N\Theta K$ τρίγωνον τοῦ $\Theta M\Gamma$ τριγώνου ἔλασσόν ἐστι τῷ $B\Gamma\Lambda$ τριγώνῳ· τοῦτο γὰρ ἐν τῷ μγ΄ θεωρήματι δέδεικται.

με΄.

Ἐὰν ὑπερβολῆς ἢ ἐλλείψεως ἢ κύκλου περιφερείας εὐθεῖα ἐπιψαύουσα συμπίπτῃ τῇ δευτέρᾳ διαμέτρῳ, καὶ ἀπὸ τῆς ἁφῆς καταχθῇ τις εὐθεῖα ἐπὶ τὴν αὐτὴν διάμετρον παράλληλος τῇ ἑτέρᾳ διαμέτρῳ, καὶ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου εὐθεῖα ἐκβληθῇ, ληφθέντος δέ, οὗ ἔτυχεν, ἐπὶ τῆς τομῆς σημείου ἀχθῶσι δύο εὐθεῖαι ἐπὶ τὴν δευτέραν διάμετρον, ὧν ἡ μὲν παρὰ τὴν ἐφαπτομένην, ἡ δὲ παρὰ τὴν κατηγμένην, τὸ γινόμενον ὑπ᾽ αὐτῶν τρίγωνον, οὗ ἀποτέμνει τριγώνου ἡ κατηγμένη πρὸς τῷ κέντρῳ, ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς μεῖζον ἔσται τῷ τριγώνῳ, οὗ βάσις μὲν ἡ ἐφαπτομένη, κορυφὴ δὲ τὸ κέντρον τῆς τομῆς, ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως καὶ τοῦ κύκλου μετὰ τοῦ ἀποτεμνομένου ἴσον ἔσται τῷ τριγώνῳ, οὗ βάσις μὲν ἡ ἐφαπτομένη, κορυφὴ δὲ τὸ κέντρον τῆς τομῆς.

ἔστω ὑπερβολὴ ἢ ἔλλειψις ἢ κύκλου περιφέρεια ἡ $AB\Gamma$, ἧς διάμετρος μὲν ἡ $A\Theta$, δευτέρα δὲ ἡ $\Theta\Delta$, κέντρον δὲ τὸ Θ, καὶ ἡ μὲν $\Gamma M\Lambda$ ἐφαπτέσθω κατὰ τὸ Γ, ἡ δὲ $\Gamma\Delta$ ἤχθω παρὰ τὴν $A\Theta$, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ $\Theta\Gamma$ ἐκβεβλήσθω, καὶ εἰλήφθω ἐπὶ τῆς τομῆς τυχὸν

6. $B\Gamma\Lambda$] $\Gamma B\Gamma\Lambda$ V; corr. p. 8. με΄] p, om. V, m. 2 v. 10. τῇ δευτέρᾳ] bis V (in extr. et prima pag.); corr. cvp.

$B\Lambda$ autem rectae $E\Xi$ parallela est, et in sectione sumptum est punctum N, a quo ordinate ducta est $N\Theta$, rectae autem ΔE parallela KN, erit

$$N\Theta K = \Theta M\Gamma \div B\Gamma\Lambda;$$

hoc enim in propositione XLIII demonstratum est.

XLV.

Si recta hyperbolam uel ellipsim uel ambitum circuli contingens cum altera diametro concurrit, et a puncto contactus recta ad eandem diametrum alteri diametro parallela ducitur, per punctum autem contactus centrumque recta producitur, et sumpto in sectione puncto aliquo duae rectae ad alteram diametrum ducuntur, quarum altera contingenti, altera rectae ordinate ductae parallela est, triangulus ab his effectus triangulo, quem recta ordinate ducta ad centrum abscindit, in hyperbola maior erit triangulo, cuius basis est recta contingens, uertex autem centrum sectionis, in ellipsi autem circuloque adiuncto triangulo absciso aequalis erit triangulo, cuius basis est recta contingens, uertex autem centrum sectionis.


sit hyperbola uel ellipsis uel ambitus circuli $AB\Gamma$, cuius diametrus sit $A\Theta$, altera autem $\Theta\Delta$, centrum autem Θ, et $\Gamma M\Lambda$ in Γ contingat, $\Gamma\Delta$ autem rectae $A\Theta$ parallela ducatur, et ducta $\Theta\Gamma$ producatur, sumatur autem in sectione punctum aliquod B, et a B rectis $\Lambda\Gamma$, $\Gamma\Delta$ parallelae ducantur BE, BZ. dico, esse

---

17. τρίγωνον] $\Delta I'$ V (h. e. Δ'). 25. ἡ] (alt.) c, om. V. $\Theta\Delta$] $\Delta\Theta\Lambda$ Halley.

σημεῖον τὸ Β, καὶ ἀπὸ τοῦ Β ἤχθωσαν αἱ ΒΕ, ΒΖ παρὰ τὰς ΛΓ, ΓΔ. λέγω, ὅτι ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς τὸ ΒΕΖ τρίγωνον τοῦ ΗΘΖ μεῖζόν ἐστι τῷ ΛΓΘ, ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως καὶ τοῦ κύκλου μετὰ τοῦ ΖΗΘ ἴσον ἐστὶ τῷ ΓΛΘ.

ἤχθωσαν γὰρ αἱ ΓΚ, ΒΝ παρὰ τὴν ΔΘ. ἐπεὶ οὖν ἐφάπτεται ἡ ΓΜ, κατῆκται δὲ ἡ ΓΚ, ἡ ΓΚ πρὸς ΚΘ τὸν συγκείμενον λόγον ἔχει ἐκ τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΜΚ πρὸς ΚΓ, καὶ τοῦ ὃν ἔχει τοῦ εἴδους ἡ ὀρθία πλευρὰ πρὸς τὴν πλαγίαν· ὡς δὲ ἡ ΜΚ πρὸς ΚΓ, ἡ ΓΔ πρὸς ΔΛ· ἡ ΓΚ ἄρα πρὸς ΚΘ λόγον ἔχει τὸν συγκείμενον ἐκ τοῦ τῆς ΓΔ πρὸς ΔΛ καὶ τῆς ὀρθίας πρὸς τὴν πλαγίαν. καί ἐστι τὸ ΓΔΛ τρίγωνον τὸ ἀπὸ τῆς ΚΘ εἶδος, τὸ δὲ ΓΚΘ, τουτέστι τὸ ΓΔΘ, τὸ ἀπὸ τῆς ΓΚ, τουτέστι τῆς ΔΘ· τὸ ΓΔΛ ἄρα τρίγωνον τοῦ ΓΚΘ ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς μεῖζόν ἐστι τῷ ἀπὸ τῆς ΑΘ τριγώνῳ ὁμοίῳ τῷ ΓΔΛ, ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως καὶ τοῦ κύκλου τὸ ΓΔΘ μετὰ τοῦ ΓΔΛ ἴσον ἐστὶ τῷ αὐτῷ· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν διπλασίων αὐτῶν τοῦτο ἐδείχθη ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ πρώτῳ θεωρήματι. ἐπεὶ οὖν τὸ ΓΔΛ τρίγωνον τοῦ ΓΚΘ ἤτοι τοῦ ΓΔΘ διαφέρει





τῷ ἀπὸ τῆς ΑΘ τριγώνῳ ὁμοίῳ τῷ ΓΔΛ, διαφέρει δὲ καὶ τῷ ΓΘΛ τριγώνῳ, ἴσον ἄρα τὸ ΓΘΛ τρίγωνον

Fig. priorem bis hab. V.


in hyperbola $BEZ = H\Theta Z + \Lambda\Gamma\Theta$, in ellipsi autem et circulo $BEZ + ZH\Theta = \Gamma\Lambda\Theta$.


ducantur enim rectae $\Delta\Theta$ parallelae ΓK, BN. quoniam igitur ΓM contingit, ΓK autem ordinate ducta est, $\Gamma K : K\Theta$ rationem habebit compositam ex





ratione, quam habet $MK : K\Gamma$, eaque, quam habet latus rectum figurae ad transuersum [prop. XXXIX]. est autem [Eucl. VI, 4] $MK : K\Gamma = \Gamma\Delta : \Delta\Lambda$. quare $\Gamma K : K\Theta$ rationem habet compositam ex ratione $\Gamma\Delta : \Delta\Lambda$ eaque, quam habet latus rectum ad transuersum. et triangulus $\Gamma\Delta\Lambda$ figura est in $K\Theta$ descripta, $\Gamma K\Theta$ autem siue $\Gamma\Delta\Theta$ figura in ΓK siue $\Delta\Theta$ descripta. itaque in hyperbola $\Gamma\Delta\Lambda$ triangulus triangulo $\Gamma K\Theta$





maior est triangulo in $A\Theta$ descripto simili triangulo $\Gamma\Delta\Lambda$, in ellipsi autem circuloque $\Gamma\Delta\Theta$ adiuncto $\Gamma\Delta\Lambda$


Fig. primam bis V.

τῷ ἀπὸ τῆς $A\Theta$ ὁμοίῳ τῷ $\Gamma\Delta\Lambda$ τριγώνῳ. ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν BZE τρίγωνον ὅμοιόν ἐστι τῷ $\Gamma\Delta\Lambda$, τὸ δὲ $HZ\Theta$ τῷ $\Gamma\Delta\Theta$, τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει. καί ἐστι τὸ μὲν BZE τὸ ἀπὸ τῆς $N\Theta$ μεταξὺ τῆς κατηγμένης καὶ τοῦ κέντρου, τὸ δὲ $HZ\Theta$ τὸ ἀπὸ τῆς BN κατηγμένης, τουτέστι τῆς $Z\Theta$· καὶ διὰ τὰ δεδειγμένα πρότερον τὸ BZE τοῦ $H\Theta Z$ διαφέρει τῷ ἀπὸ τῆς $A\Theta$ ὁμοίῳ τῷ $\Gamma\Delta\Lambda$· ὥστε καὶ τῷ $\Gamma\Lambda\Theta$.

μϛ΄.

Ἐὰν παραβολῆς εὐθεῖα ἐπιψαύουσα συμπίπτῃ τῇ διαμέτρῳ, ἡ διὰ τῆς ἁφῆς παράλληλος ἀγομένη τῇ διαμέτρῳ ἐπὶ ταὐτὰ τῇ τομῇ τὰς ἀγομένας ἐν τῇ τομῇ παρὰ τὴν ἐφαπτομένην δίχα τέμνει.

ἔστω παραβολή, ἧς διάμετρος ἡ $AB\Delta$, καὶ ἐφαπτέσθω τῆς τομῆς ἡ $A\Gamma$, διὰ δὲ τοῦ Γ τῇ $A\Delta$ παράλληλος ἤχθω ἡ $\Theta\Gamma M$, καὶ εἰλήφθω ἐπὶ τῆς τομῆς τυχὸν σημεῖον τὸ Λ, καὶ ἤχθω τῇ $A\Gamma$ παράλληλος ἡ ΛNZE. λέγω, ὅτι ἐστὶν ἴση ἡ ΛN τῇ NZ.



ἤχθωσαν τεταγμένως αἱ $B\Theta$, KZH, $\Lambda M\Delta$. ἐπεὶ οὖν διὰ τὰ δεδειγμένα ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ θεωρήματι ἴσον ἐστὶ τὸ $E\Lambda\Delta$ τρίγωνον τῷ BM παραλληλογράμμῳ, τὸ δὲ EZH τῷ BK, λοιπὸν ἄρα τὸ

4. τό] (alt.) om. V; corr. Halley. $N\Theta$] pvc; N incertum est in V. 8. $\Gamma\Delta\Lambda$] $\Gamma\Delta\Delta$ V; corr. p. 9. μϛ΄] p, om. V, m. 2 v. 12. ταὐτά] ταῦτα V; corr. p. 23. KZH] ZHK V; corr. p. $\Lambda M\Delta$] ΛM V; corr. Comm.

eidem aequalis est; nam in figuris, quae iis duplo maiores sunt, hoc demonstratum est in propositione XLI. quoniam igitur triangulus $\Gamma\varDelta\varLambda$ a $\Gamma K\Theta$ siue $\Gamma\varDelta\Theta$ differt triangulo in $A\Theta$ descripto simili triangulo $\Gamma\varDelta\varLambda$, uerum etiam triangulo $\Gamma\Theta\varLambda$ differt, triangulus $\Gamma\Theta\varLambda$ triangulo in $A\Theta$ descripto simili triangulo $\Gamma\varDelta\varLambda$ aequalis est. quoniam igitur triangulus BZE triangulo $\Gamma\varDelta\varLambda$ similis est [Eucl. I, 29] et $HZ\Theta$ triangulo $\Gamma\varDelta\Theta$, eandem rationem habent[1]). et BZE in $N\Theta$ descriptus est inter rectam ordinatam centrumque, $HZ\Theta$ autem in BN ordinate ducta siue $Z\Theta$; et propter ea, quae antea demonstrata sunt [prop. XLI], BZE ab $H\Theta Z$ differt triangulo in $A\Theta$ descripto simili triangulo $\Gamma\varDelta\varLambda$. ergo etiam triangulo $\Gamma\varLambda\Theta$ differt.

XLVI.

Si recta parabolam contingens cum diametro concurrit, recta per punctum contactus diametro parallela ducta ad partes sectionis uersus rectas in sectione contingenti parallelas ductas in binas partes aequales secabit.

sit parabola, cuius diametrus sit $AB\varDelta$, et sectionem contingat $A\Gamma$, per Γ autem rectae $A\varDelta$ parallela ducatur $\Theta\Gamma M$, et in sectione sumatur punctum aliquod $\varLambda$, ducaturque rectae $A\Gamma$ parallela $\varLambda NZE$. dico, esse $\varLambda N = NZ$.

ducantur ordinate $B\Theta$, HZK, $\varLambda M\varDelta$. quoniam igitur propter ea, quae in propositione XLII demon-


1) Hoc est: latera eandem inter se rationem habent (Eucl. VI, 4); itaque in proportione $\Gamma K : K\Theta$ cet. substitui possunt rationes laterum triangulorum BZE, $HZ\Theta$, ita ut condicioni propositionis 41 satis fiat.

ΗΜ παραλληλόγραμμον λοιπῷ τῷ ΛΖΗΔ τετραπλεύρῳ ἐστὶν ἴσον. κοινὸν ἀφηρήσθω τὸ ΜΔΗΖΝ πεντάπλευρον· λοιπὸν ἄρα τὸ ΚΖΝ τρίγωνον τῷ ΛΜΝ ἴσον ἐστί. καί ἐστι παράλληλος ἡ ΚΖ τῇ ΛΜ· ἴση ἄρα ἡ ΖΝ τῇ ΛΝ.

μζ'.

Ἐὰν ὑπερβολῆς ἢ ἐλλείψεως ἢ κύκλου περιφερείας εὐθεῖα ἐπιψαύουσα συμπίπτῃ τῇ διαμέτρῳ, καὶ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου εὐθεῖα ἀχθῇ ἐπὶ ταὐτὰ τῇ τομῇ, δίχα τεμεῖ τὰς ἀγομένας ἐν τῇ τομῇ παρὰ τὴν ἐφαπτομένην.

ἔστω ὑπερβολὴ ἢ ἔλλειψις ἢ κύκλου περιφέρεια, ἧς διάμετρος μὲν ἡ ΑΒ, κέντρον δὲ τὸ Γ, καὶ ἐφαπτομένη



τῆς τομῆς ἤχθω ἡ ΔΕ, καὶ ἐπεξεύχθω ἡ ΓΕ καὶ ἐκβεβλήσθω, καὶ εἰλήφθω τυχὸν ἐπὶ τῆς τομῆς σημεῖον τὸ Ν, καὶ διὰ τοῦ Ν παράλληλος ἤχθω ἡ ΘΝΟΗ. λέγω, ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΝΟ τῇ ΟΗ.

κατήχθωσαν γὰρ τεταγμένως αἱ ΞΝΖ, ΒΛ, ΗΜΚ. διὰ τὰ δεδειγμένα ἄρα ἐν τῷ μγ' θεωρήματι ἴσον ἐστὶ τὸ μὲν ΘΝΖ τρίγωνον τῷ ΛΒΖΞ τετραπλεύρῳ, τὸ

---

2. ΜΔΗΖΗ cv et, ut uidetur, V; corr. p. 4. ΛΜ] ΛΝ V; corr. p. 6. μζ'] p, om. V, m. 2 v. 9. ταὐτά] ταῦτα V;

strata sunt, $E\Lambda\Delta = BM$ et $EZH = BK$, erit


$$HM = \Lambda ZH\Delta.$$

auferatur, quod commune est, pentagonum $M\Delta HZN$; itaque $KZN = \Lambda MN$. est autem KZ rectae ΛM parallela. ergo $ZN = \Lambda N$ [Eucl. VI, 22 coroll.].

XLVII.

Si recta hyperbolam uel ellipsim uel ambitum circuli contingens cum diametro concurrit, et per punctum contactus centrumque recta ad partes sectionis uersus ducitur, rectas in sectione contingenti parallelas ductas in binas partes aequales secabit.

sit hyperbola uel ellipsis uel ambitus circuli, cuius diametrus sit AB, centrum autem Γ, et sectionem



contingens ducatur ΔE, ducaturque ΓE et producatur, et in sectione sumatur punctum aliquod N, et per N parallela ducatur ΘNOH. dico, esse $NO = OH$.

ordinate enim ducantur ΞNZ, $B\Lambda$, HMK. itaque propter ea, quae in propositione XLIII demonstrata sunt, erit $\Theta NZ = \Lambda BZ\Xi$, $H\Theta K = \Lambda BKM$. quare etiam $NHKZ = MKZ\Xi$. auferatur, quod commune

---

corr. p. 16. $\Theta NOH\Lambda$ V; corr. p. 20. ΘNZ] BNZ V; corr. p. $\Lambda B\Xi Z$ V; corr. p.

δὲ $H\Theta K$ τρίγωνον τῷ $\mathit{ΑΒΚΜ}$· καὶ λοιπὸν ἄρα τὸ $NHKZ$ τετράπλευρον λοιπῷ τῷ $MKZ\Xi$ ἐστιν ἴσον. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ $ONZKM$ πεντάπλευρον· λοιπὸν ἄρα τὸ OMH τρίγωνον λοιπῷ τῷ $N\Xi O$ ἐστιν ἴσον. καί ἐστι παράλληλος ἡ MH τῇ $N\Xi$· ἴση ἄρα ἡ NO τῇ OH.

μη΄.

Ἐὰν μιᾶς τῶν ἀντικειμένων εὐθεῖα ἐπιψαύουσα συμπίπτῃ τῇ διαμέτρῳ, καὶ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου εὐθεῖα ἐκβληθεῖσα τέμῃ τὴν ἑτέραν τομήν, ἥτις ἂν ἀχθῇ ἐν τῇ ἑτέρᾳ τομῇ παρὰ τὴν ἐφαπτομένην, δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τῆς ἐκβληθείσης.

ἔστωσαν ἀντικείμεναι, ὧν διάμετρος μὲν ἡ AB, κέντρον δὲ τὸ Γ, καὶ τῆς A τομῆς ἐφαπτέσθω ἡ $K\Lambda$, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ $\Lambda\Gamma$ καὶ ἐκβεβλήσθω, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς B τομῆς τὸ N, καὶ διὰ τοῦ N τῇ ΛK παράλληλος ἤχθω ἡ NH. λέγω, ὅτι ἡ NO τῇ OH ἐστιν ἴση.

ἤχθω γὰρ διὰ τοῦ E ἐφαπτομένη τῆς τομῆς ἡ $E\Delta$· ἡ $E\Delta$ ἄρα τῇ ΛK παράλληλός ἐστιν. ὥστε καὶ τῇ NH. ἐπεὶ οὖν ὑπερβολή ἐστιν ἡ BNH, ἧς κέντρον τὸ Γ, καὶ ἐφαπτομένη ἡ ΔE, καὶ ἐπέζευκται ἡ ΓE, καὶ εἴληπται ἐπὶ τῆς τομῆς σημεῖον τὸ N, καὶ δι' αὐτοῦ παράλληλος τῇ ΔE ἦκται ἡ NH, διὰ τὸ προδεδειγμένον ἐπὶ τῆς ὑπερβολῆς ἴση ἐστὶν ἡ NO τῇ OH.

---

2. $MK\Xi Z$ V; corr. Comm. 4. $N\Xi O$] $\Theta N\Xi O$ V; corr. p. 6. OH] ΣH V; corr. p. 7. μη΄] p, om. V, m. 2 v.


est, pentagonum $ONZKM$. erit igitur $OMH = N\Xi O$. et MH rectae $N\Xi$ parallela est; ergo est $NO = OH$ [Eucl. VI, 22 coroll.].

XLVIII.

Si recta alterutram oppositarum contingens cum diametro concurrit, et per punctum contactus centrumque producta recta alteram sectionem secat, quaecunque recta in altera sectione ducitur contingenti parallela, a recta illa producta in duas partes aequales secabitur.

sint oppositae, quarum diametrus sit AB, centrum autem Γ, et sectionem A contingat $K\Delta$, ducaturque $\Delta\Gamma$ et producatur, in B autem sectione punctum aliquod sumatur N, et per N rectae ΔK parallela ducatur NH. dico, esse $NO = OH$.

ducatur enim per E sectionem contingens $E\Delta$; $E\Delta$ igitur rectae ΔK parallela est [u. Eutocius ad prop. XLIV]. quare etiam rectae NH [Eucl. I, 30]. quoniam igitur BNH hyperbola est, cuius centrum est Γ, et contingit ΔE, et ducta est ΓE, in sectione autem sumptum est



punctum N, et per id rectae ΔE parallela ducta est NH, propter id, quod de hyperbola antea demonstratum est [prop. XLVII], erit $NO = OH$.

μθ'.

Ἐὰν παραβολῆς εὐθεῖα ἐπιψαύουσα συμπίπτῃ τῇ διαμέτρῳ, καὶ διὰ μὲν τῆς ἁφῆς ἀχθῇ παράλληλος τῇ διαμέτρῳ, ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς ἀχθῇ παρὰ τεταγμένως κατηγμένην, καὶ ποιηθῇ, ὡς τὸ τμῆμα τῆς ἐφαπτομένης τὸ μεταξὺ τῆς ἀνηγμένης καὶ τῆς ἁφῆς πρὸς τὸ τμῆμα τῆς παραλλήλου τὸ μεταξὺ τῆς ἁφῆς καὶ τῆς ἀνηγμένης, οὕτως εὐθεῖά τις πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ἐφαπτομένης, ἥτις ἂν ἀπὸ τῆς τομῆς ἀχθῇ ἐπὶ τὴν διὰ τῆς ἁφῆς ἠγμένην εὐθεῖαν παράλληλον τῇ διαμέτρῳ, δυνήσεται τὸ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ὑπὸ τῆς πεπορισμένης εὐθείας καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῆς πρὸς τῇ ἁφῇ.

ἔστω παραβολή, ἧς διάμετρος ἡ $MB\Gamma$, ἐφαπτομένη δὲ ἡ $\Gamma\Delta$, καὶ διὰ τοῦ Δ τῇ $B\Gamma$ παράλληλος ἤχθω ἡ $Z\Delta N$, τεταγμένως δὲ ἀνήχθω ἡ ZB, καὶ πεποιήσθω ὡς ἡ $E\Delta$ πρὸς ΔZ, εὐθεῖά τις ἡ H πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς $\Gamma\Delta$, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τομῆς τὸ K, καὶ ἤχθω διὰ τοῦ K τῇ $\Gamma\Delta$ παράλληλος ἡ $K\Lambda\Pi$. λέγω, ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς $K\Lambda$ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῆς H καὶ τῆς $\Delta\Lambda$, τουτέστιν ὅτι διαμέτρου οὔσης τῆς $\Delta\Lambda$ ὀρθία ἐστὶν ἡ H.


κατήχθωσαν γὰρ τεταγμένως αἱ $\Delta\Xi$, KNM. καὶ ἐπεὶ ἡ $\Gamma\Delta$ ἐφάπτεται τῆς τομῆς, τεταγμένως δὲ κατῆκται ἡ $\Delta\Xi$, ἴση ἐστὶν ἡ ΓB τῇ $B\Xi$. ἡ δὲ $B\Xi$ τῇ $Z\Delta$ ἴση ἐστί· καὶ ἡ ΓB ἄρα τῇ $Z\Delta$ ἐστιν ἴση. ὥστε καὶ τὸ $E\Gamma B$ τρίγωνον τῷ $EZ\Delta$ τριγώνῳ. κοινὸν προσκείσθω τὸ $\Delta EBMN$ σχῆμα· τὸ ἄρα $\Delta\Gamma MN$

1. μθ'] p, om. V, m. 2 v. 5. κατηγμένη V; corr. Halley. 9. Hic alicubi desiderari παρὰ τὴν ἐφαπτομένην, iam Memus

XLIX.

Si recta parabolam contingens cum diametro concurrit, per contactum autem recta diametro parallela ducitur, a uertice autem recta ordinate ductae parallela, et fit, ut pars contingentis inter ordinate ductam punctumque contactus posita ad partem parallelae inter punctum contactus et ordinate ductam positam, ita recta aliqua ad duplam contingentis, quaecunque recta a sectione [contingenti parallela] ad rectam per punctum contactus diametro parallelam ductam ducitur, quadrata aequalis est rectangulo comprehenso recta adsumpta rectaque ab illa ad punctum contactus abscisa.

sit parabola, cuius diametrus sit $MB\Gamma$, contingens autem $\Gamma\varDelta$, et per $\varDelta$ rectae $B\Gamma$ parallela ducatur $Z\varDelta N$,



ordinate autem ducatur ZB, et fiat $E\varDelta : \varDelta Z = H : 2\Gamma\varDelta$, sumaturque punctum aliquod K in sectione, per K autem rectae $\Gamma\varDelta$ parallela ducatur $K\varLambda\Pi$. dico, esse $K\varLambda^2 = H \times \varDelta\varLambda$, h. e. si $\varDelta\varLambda$ diametrus sit, latus rectum esse H [prop. XI].

ordinate enim ducantur $\varDelta\Xi$, KNM. et quoniam $\Gamma\varDelta$ contingit sectionem, $\varDelta\Xi$ autem ordinate ducta est, erit $\Gamma B = B\Xi$ [prop. XXXV]. est autem $B\Xi = Z\varDelta$ [Eucl. I, 34]; itaque etiam $\Gamma B = Z\varDelta$. quare etiam

senserat. 16. πεποιείσθω V; corr p. 27. $EZ\varDelta$] pvc, Z corr. ex $\varDelta$ m. 1 V. 28. προσκείσθω] p; προκείσθω V.

τετράπλευρον τῷ ΖΜ παραλληλογράμμῳ ἐστὶν ἴσον, τουτέστι τῷ ΚΠΜ τριγώνῳ. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ΛΠΜΝ τετράπλευρον· λοιπὸν ἄρα τὸ ΚΛΝ τρίγωνον τῷ ΛΓ παραλληλογράμμῳ ἐστὶν ἴσον. καί ἐστιν ἴση ἡ ὑπὸ ΔΛΠ γωνία τῇ ὑπὸ ΚΛΝ· διπλάσιον ἄρα ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΚΛΝ τοῦ ὑπὸ ΛΔΓ. καὶ ἐπεί ἐστιν, ὡς ἡ ΕΔ πρὸς ΔΖ, ἡ Η πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΓΔ, ἔστι δὲ καὶ ὡς ἡ ΕΔ πρὸς ΔΖ, ἡ ΚΛ πρὸς ΛΝ, καὶ ὡς ἄρα ἡ Η πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΓΔ, ἡ ΚΛ πρὸς ΛΝ. ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΚΛ πρὸς ΛΝ, τὸ ἀπὸ ΚΛ πρὸς τὸ ὑπὸ ΚΛΝ, ὡς δὲ ἡ Η πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΔΓ, τὸ ὑπὸ Η, ΔΛ πρὸς τὸ δὶς ὑπὸ ΓΔΛ· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΚΛ πρὸς τὸ ὑπὸ ΚΛΝ, τὸ ὑπὸ Η, ΔΛ πρὸς τὸ δὶς ὑπὸ ΓΔΛ. καὶ ἐναλλάξ· ἴσον δέ ἐστι τὸ ὑπὸ ΚΛΝ τῷ δὶς ὑπὸ ΓΔΛ· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ ΚΛ τῷ ὑπὸ Η, ΔΛ.

ν'.

Ἐὰν ὑπερβολῆς ἢ ἐλλείψεως ἢ κύκλου περιφερείας εὐθεῖα ἐπιψαύουσα συμπίπτῃ τῇ διαμέτρῳ, καὶ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου εὐθεῖα ἐκβληθῇ, ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς ἀναχθεῖσα εὐθεῖα παρὰ τεταγμένως κατηγμένην συμπίπτῃ τῇ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου ἠγμένῃ εὐθείᾳ, καὶ ποιηθῇ, ὡς τὸ τμῆμα τῆς ἐφαπτομένης τὸ μεταξὺ τῆς ἁφῆς καὶ τῆς ἀνηγμένης πρὸς τὸ τμῆμα τῆς ἠγμένης διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου τὸ μεταξὺ τῆς ἁφῆς καὶ τῆς ἀνηγμένης, εὐθεῖά τις πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ἐφαπτομένης, ἥτις ἂν ἀπὸ τῆς τομῆς ἀχθῇ ἐπὶ τὴν διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου ἠγμένην

6. τοῦ] p, corr. ex τό m. 1 V, τῇ c. 14. καί — 15. ΓΔΛ] bis V; corr. p. 17. ν'] p, om. V, m. 2 v. 21. κατηγμένη V; corr. p.

$E\Gamma B = EZ\Delta$ [Eucl. VI, 19]. communis adiiciatur figura $\Delta EBMN$; erit igitur $\Delta\Gamma MN = ZM = K\Pi M$ [prop. XLII]. auferatur, quod commune est, quadrangulum $\Lambda\Pi MN$. erit igitur $K\Lambda N = \Lambda\Gamma$. est autem $\angle \Delta\Lambda\Pi = \angle K\Lambda N$ [Eucl. I, 15]. itaque erit [u. Eutocius] $K\Lambda \times \Lambda N = 2\Lambda\Delta \times \Delta\Gamma$. et quoniam est $E\Delta : \Delta Z = H : 2\Gamma\Delta$, est autem etiam [Eucl. VI, 4] $E\Delta : \Delta Z = K\Lambda : \Lambda N$, erit etiam $H : 2\Gamma\Delta = K\Lambda : \Lambda N$. uerum $K\Lambda : \Lambda N = K\Lambda^2 : K\Lambda \times \Lambda N$,

$$H : 2\Gamma\Delta = H \times \Delta\Lambda : 2\Gamma\Delta \times \Delta\Lambda.$$

itaque $K\Lambda^2 : K\Lambda \times \Lambda N = H \times \Delta\Lambda : 2\Gamma\Delta \times \Delta\Lambda$. et permutando [Eucl. V, 16]; est autem

$$K\Lambda \times \Lambda N = 2\Gamma\Delta \times \Delta\Lambda.$$


ergo etiam $K\Lambda^2 = H \times \Delta\Lambda$.

L.

Si recta hyperbolam uel ellipsim uel ambitum circuli contingens cum diametro concurrit, et per punctum contactus centrumque recta producitur, a uertice autem recta ordinate ductae parallela cum recta per punctum contactus centrumque ducta concurrit, et fit, ut pars contingentis inter punctum contactus et ordinate ductam posita ad partem rectae per punctum contactus centrumque ductae inter punctum contactus et ordinate ductam positam, ita recta aliqua ad duplam contingentis, quaecunque recta a sectione ad rectam per punctum contactus centrumque ductam contingenti parallela ducitur, quadrata aequalis erit spatio rectangulo rectae adsumptae adplicato latitudinem habenti rectam ab illa ad punctum contactus abscisam, in hyperbola figura excedenti simili

εὐθεῖαν παράλληλος τῇ ἐφαπτομένῃ, δυνήσεταί τι χωρίον ὀρθογώνιον παρακείμενον παρὰ τὴν πορισθεῖσαν πλάτος ἔχον τὴν ἀπολαμβανομένην ὑπ' αὐτῆς πρὸς τῇ ἁφῇ ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς ὑπερβάλλον εἴδει ὁμοίῳ τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῆς διπλασίας τῆς μεταξὺ τοῦ κέντρου καὶ τῆς ἁφῆς καὶ τῆς πορισθείσης εὐθείας, ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως καὶ τοῦ κύκλου ἐλλεῖπον.

ἔστω ὑπερβολὴ ἢ ἔλλειψις ἢ κύκλου περιφέρεια, ἧς διάμετρος ἡ *ΑΒ*, κέντρον δὲ τὸ *Γ*, ἐφαπτομένη δὲ ἡ *ΔΕ*, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ *ΓΕ* ἐκβεβλήσθω ἐφ' ἑκάτερα, καὶ κείσθω τῇ *ΕΓ* ἴση ἡ *ΓΚ*, καὶ διὰ τοῦ *Β* τεταγμένως ἀνήχθω ἡ *ΒΖΗ*, διὰ δὲ τοῦ *Ε* τῇ *ΕΓ* πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ *ΕΘ*, καὶ



γινέσθω, ὡς ἡ *ΖΕ* πρὸς *ΕΗ*, οὕτως ἡ *ΕΘ* πρὸς την διπλασίαν τῆς *ΕΔ*, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ *ΘΚ* ἐκβεβλήσθω, καὶ εἰλήφθω τι ἐπὶ τῆς τομῆς σημεῖον τὸ *Λ*, καὶ δι' αὐτοῦ τῇ *ΕΔ* παράλληλος ἤχθω ἡ *ΛΜΞ*, τῇ δὲ *ΒΗ* ἡ *ΛΡΝ*, τῇ δὲ *ΕΘ* ἡ *ΜΠ*. λέγω, ὅτι τὸ ἀπὸ *ΛΜ* ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ *ΕΜΠ*.


ἤχθω γὰρ διὰ τοῦ *Γ* τῇ *ΚΠ* παράλληλος ἡ *ΓΣΟ*. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ *ΕΓ* τῇ *ΓΚ*, ὡς δὲ ἡ *ΕΓ* πρὸς *ΚΓ*, ἡ *ΕΣ* πρὸς *ΣΘ*, ἴση ἄρα καὶ ἡ *ΕΣ* τῇ *ΣΘ*.


---

21. *ΖΕ*] p; *ΞΕ* Vv; corr. postea V. *ΕΗ*] p; *Η* Vv; corr. postea V.

spatio comprehenso dupla rectae inter centrum punctumque contactus positae et recta adsumpta, in ellipsi autem circuloque eadem deficienti.

sit hyperbola uel ellipsis uel ambitus circuli, cuius diametrus sit AB, centrum autem Γ, contingatque ΔE, et ducta ΓE producatur in utramque partem, ponaturque $\Gamma K = E\Gamma$, et per B ordinate ducatur BZH, per E autem ad $E\Gamma$ perpendicularis ducatur $E\Theta$, et fiat $ZE : EH = E\Theta : 2E\Delta$, ductaque ΘK producatur, sumatur autem in sectione punctum aliquod





Λ, et per id rectae $E\Delta$ parallela ducatur $\Lambda M\Xi$, rectae BH autem parallela ΛPN, et rectae $E\Theta$ parallela $M\Pi$. dico, esse $\Lambda M^2 = EM \times M\Pi$.

per Γ enim rectae $K\Pi$ parallela ducatur $\Gamma\Sigma O$. et quoniam est $E\Gamma = \Gamma K$, et $E\Gamma : K\Gamma = E\Sigma : \Sigma\Theta$ [Eucl. VI, 2], erit etiam $E\Sigma = \Sigma\Theta$. et quoniam est $ZE : EH = \Theta E : 2E\Delta$, et $E\Sigma = \frac{1}{2}E\Theta$, erit

$$ZE : EH = \Sigma E : E\Delta.$$

est autem

$$ZE : EH = \Lambda M : MP \text{ [Eucl. VI, 4];}$$

itaque $\Lambda M : MP = \Sigma E : E\Delta$. et quoniam demonstrauimus [prop. XLIII], esse in hyperbola

$$PN\Gamma = HB\Gamma + \Lambda N\Xi,$$

καὶ ἐπεί ἐστιν, ὡς ἡ ΖΕ πρὸς ΕΗ, ἡ ΘΕ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΕΔ, καί ἐστι τῆς ΕΘ ἡμίσεια ἡ ΕΣ, ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ΖΕ πρὸς ΕΗ, ἡ ΣΕ πρὸς ΕΔ. ὡς δὲ ἡ ΖΕ πρὸς ΕΗ, ἡ ΛΜ πρὸς ΜΡ· ὡς ἄρα ἡ ΛΜ πρὸς ΜΡ, ἡ ΣΕ πρὸς ΕΔ. καὶ ἐπεὶ τὸ ΡΝΓ τρίγωνον τοῦ ΗΒΓ τριγώνου, τουτέστι τοῦ ΓΔΕ, ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς μεῖζον ἐδείχθη, ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως καὶ τοῦ κύκλου ἔλασσον τῷ ΛΝΞ, κοινῶν ἀφαιρεθέντων ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς τοῦ τε ΕΓΔ τριγώνου καὶ τοῦ ΝΡΜΞ τετραπλεύρου, ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως καὶ τοῦ κύκλου τοῦ ΜΞΓ τριγώνου, τὸ ΛΜΡ τρίγωνον τῷ ΜΕΔΞ τετραπλεύρῳ ἐστὶν ἴσον. καί ἐστι παράλληλος ἡ ΜΞ τῇ ΔΕ, ἡ δὲ ὑπὸ ΛΜΡ τῇ ὑπὸ ΕΜΞ ἐστιν ἴση· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΛΜΡ τῷ ὑπὸ τῆς ΕΜ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΕΔ, ΜΞ. καὶ ἐπεί ἐστιν, ὡς ἡ ΜΓ πρὸς ΓΕ, ἥ τε ΜΞ πρὸς ΕΔ καὶ ἡ ΜΟ πρὸς ΕΣ, ὡς ἄρα ἡ ΜΟ πρὸς ΕΣ, ἡ ΜΞ πρὸς ΔΕ. καὶ συνθέντι, ὡς συναμφότερος ἡ ΜΟ, ΣΕ πρὸς ΕΣ, οὕτως συναμφότερος ἡ ΜΞ, ΕΔ πρὸς ΕΔ· ἐναλλάξ, ὡς συναμφότερος ἡ ΜΟ, ΣΕ πρὸς συναμφότερον τὴν ΞΜ, ΕΔ, ἡ ΣΕ πρὸς ΕΔ. ἀλλ' ὡς μὲν συναμφότερος ἡ ΜΟ, ΕΣ πρὸς συναμφότερον τὴν ΜΞ, ΔΕ, τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς ΜΟ, ΕΣ καὶ τῆς ΕΜ πρὸς τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς ΜΞ, ΕΔ καὶ τῆς ΕΜ, ὡς δὲ ἡ ΣΕ πρὸς ΕΔ, ἡ ΖΕ πρὸς ΕΗ, τουτέστιν ἡ ΛΜ πρὸς ΜΡ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΛΜ πρὸς τὸ ὑπὸ ΛΜΡ· ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς ΜΟ, ΕΣ καὶ τῆς ΜΕ πρὸς τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς ΜΞ, ΕΔ καὶ τῆς ΕΜ, τὸ ἀπὸ ΛΜ πρὸς τὸ ὑπὸ

2. ἐστι] ἐστιν V; corr. pc. 12. τῷ] τό V; corr. p.

h. e. $PN\Gamma = \Gamma\Delta E + \Lambda N\Xi$ [u. Eutocius ad prop. XLIII], in ellipsi autem circuloque $PN\Gamma = HB\Gamma \div \Lambda N\Xi$, h. e. [u. ibidem] $PN\Gamma + \Lambda N\Xi = \Gamma\Delta E$, ablatis, quae communia sunt, in hyperbola $E\Gamma\Delta$ et $NPM\Xi$, in ellipsi autem circuloque $M\Xi\Gamma$, erit $\Lambda MP = ME\Delta\Xi$. est autem $M\Xi$ rectae ΔE parallela, et

$$\angle \Lambda MP = EM\Xi \text{ [Eucl. I, 15]};$$

itaque erit [u. Eutocius ad prop. XLIX]

$$\Lambda M \times MP = EM \times (E\Delta + M\Xi).$$

et quoniam est

$$M\Gamma : \Gamma E = M\Xi : E\Delta,\ M\Gamma : \Gamma E = MO : E\Sigma$$

[Eucl. VI, 4], erit

$$MO : E\Sigma = M\Xi : \Delta E.$$

et componendo [Eucl. V, 18]

$$MO + \Sigma E : E\Sigma = M\Xi + E\Delta : E\Delta;$$

permutando [Eucl. V, 16]

$$MO + \Sigma E : \Xi M + E\Delta = \Sigma E : E\Delta.$$

est autem

$$MO + E\Sigma : M\Xi + \Delta E = (MO + E\Sigma) \times EM : (M\Xi + E\Delta) \times EM,$$

et

$$\Sigma E : E\Delta = ZE : EH = \Lambda M : MP \text{ [Eucl. VI, 4]} = \Lambda M^2 : \Lambda M \times MP;$$

itaque erit

$$(MO + E\Sigma) \times ME : (M\Xi + E\Delta) \times EM = \Lambda M^2 : \Lambda M \times MP.$$

et permutando

$$(MO + E\Sigma) \times ME : M\Lambda^2 = (M\Xi + E\Delta) \times ME : \Lambda M \times MP \text{ [Eucl. V, 16]}.$$

ΛΜΡ. καὶ ἐναλλάξ, ὡς τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς *ΜΟ, ΕΣ* καὶ τῆς *ΜΕ* πρὸς τὸ ἀπὸ *ΜΛ*, οὕτως τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς *ΜΞ, ΕΔ* καὶ τῆς *ΜΕ* πρὸς τὸ ὑπὸ *ΛΜΡ.* ἴσον δὲ τὸ ὑπὸ *ΛΜΡ* τῷ ὑπὸ τῆς *ΜΕ* καὶ συναμφοτέρου τῆς *ΜΞ, ΕΔ*· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ *ΛΜ* τῷ ὑπὸ *ΕΜ* καὶ συναμφοτέρου τῆς *ΜΟ, ΕΣ.* καί ἐστιν ἡ μὲν *ΣΕ* τῇ *ΣΘ* ἴση, ἡ δὲ *ΣΘ* τῇ *ΟΠ*· ἴσον ἄρα τὸ ἀπὸ *ΛΜ* τῷ ὑπὸ *ΕΜΠ.*

να'.

Ἐὰν ὁποτερασοῦν τῶν ἀντικειμένων εὐθεῖα ἐπιψαύουσα συμπίπτῃ τῇ διαμέτρῳ, καὶ διὰ μὲν τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου ἐκβληθῇ τις εὐθεῖα ἕως τῆς ἑτέρας τομῆς, ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς εὐθεῖα ἀναχθῇ παρὰ τεταγμένως κατηγμένην καὶ συμπίπτῃ τῇ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου ἠγμένῃ εὐθείᾳ, καὶ γενηθῇ, ὡς τὸ τμῆμα τῆς ἐφαπτομένης τὸ μεταξὺ τῆς ἀνηγμένης καὶ τῆς ἁφῆς πρὸς τὸ τμῆμα τῆς ἠγμένης διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου τὸ μεταξὺ τῆς ἁφῆς καὶ τῆς ἀνηγμένης, εὐθεῖά τις πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ἐφαπτομένης, ἥτις ἂν ἐν τῇ ἑτέρᾳ τῶν τομῶν ἀχθῇ ἐπὶ τὴν διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου ἠγμένην εὐθεῖαν παράλληλος τῇ ἐφαπτομένῃ, δυνήσεται τὸ παρακείμενον ὀρθογώνιον παρὰ τὴν προσπορισθεῖσαν πλάτος ἔχον τὴν ἀπολαμβανομένην ὑπ' αὐτῆς πρὸς τῇ ἁφῇ ὑπερβάλλον εἴδει ὁμοίῳ τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῆς μεταξὺ τῶν ἀντικειμένων καὶ τῆς προσπορισθείσης εὐθείας.

ἔστωσαν ἀντικείμεναι, ὧν διάμετρος ἡ *ΑΒ*, κέντρον

---

2. ἀπό] ὑπό V; corr. p (ἀπὸ τῆς). 9. να'] p, om. V, m. 2 v. 14. κατηγμένη V; corr. p. 23. προσπορισθεῖσαν] scripsi; προπορισθεῖσαν V.

est autem

$$\varLambda M \times MP = ME \times (M\Xi + E\varDelta);$$

quare etiam

$$\varLambda M^2 = EM \times (MO + E\Sigma).$$

et $\Sigma E = \Sigma\Theta$, $\Sigma\Theta = O\Pi$ [Eucl. I, 34]. ergo

$$\varLambda M^2 = EM \times M\Pi.$$

LI.

Si recta alterutram oppositarum contingens cum diametro concurrit, et per punctum contactus centrumque recta usque ad alteram sectionem producitur, a uertice autem recta ordinate ductae parallela ducitur et cum recta per punctum contactus centrumque ducta concurrit, et fit, ut pars contingentis inter ordinate ductam punctumque contactus posita ad partem rectae per punctum contactus centrumque ductae inter punctum contactus et ordinate ductam positam, ita recta aliqua ad duplam contingentis, quaecunque recta in alterutra sectione ad rectam per punctum contactus centrumque ductam contingenti parallela ducitur, quadrata aequalis erit rectangulo rectae adsumptae adplicato latitudinem habenti rectam ab illa ad punctum contactus abscisam excedenti figura simili spatio comprehenso recta inter oppositas posita rectaque adsumpta.

sint oppositae, quarum diametrus sit AB, centrum autem E, et sectionem B contingens ducatur $\Gamma\varDelta$, ducaturque ΓE et producatur, ordinate autem ducatur $B\varLambda H$, et fiat $\varLambda\Gamma : \Gamma H = K : 2\Gamma\varDelta$ iam rectas in sectione $B\Gamma$ rectae $\Gamma\varDelta$ parallelas ad $E\Gamma$ productam ductas quadratas aequales esse spatiis rectae K ad-

δὲ τὸ *Ε*, καὶ ἤχθω τῆς *Β* τομῆς ἐφαπτομένη ἡ *ΓΔ*, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ *ΓΕ* καὶ ἐκβεβλήσθω, καὶ ἤχθω τεταγμένως ἡ *ΒΛΗ*, καὶ πεποιήσθω, ὡς ἡ *ΛΓ* πρὸς *ΓΗ*, εὐθεῖά τις ἡ *Κ* πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς *ΓΔ*.

ὅτι μὲν οὖν αἱ ἐν τῇ *ΒΓ* τομῇ παράλληλοι τῇ *ΓΔ* ἐπὶ τὴν ἐπ' εὐθείας τῇ *ΕΓ* δύνανται τὰ παρὰ τὴν *Κ* παρακείμενα χωρία πλάτη ἔχοντα τὴν ἀπολαμβανομένην ὑπ' αὐτῶν πρὸς τῇ ἁφῇ ὑπερβάλλοντα εἴδει ὁμοίῳ τῷ ὑπὸ *ΓΖ, Κ*, φανερόν· διπλασία γάρ ἐστιν ἡ *ΖΓ* τῆς *ΓΕ*.

λέγω δή, ὅτι καὶ ἐν τῇ *ΖΑ* τομῇ τὸ αὐτὸ συμβήσεται.

ἤχθω γὰρ διὰ τοῦ *Ζ* ἐφαπτομένη τῆς *ΑΖ* τομῆς ἡ *ΜΖ*, καὶ τεταγμένως ἀνήχθω ἡ *ΑΞΝ*. καὶ ἐπεὶ ἀντικείμεναί εἰσιν αἱ *ΒΓ, ΑΖ*, ἐφαπτόμεναι δὲ αὐτῶν αἱ *ΓΔ, ΜΖ*, ἴση ἄρα καὶ παράλληλός ἐστιν ἡ *ΓΔ* τῇ *ΜΖ*. ἴση δὲ καὶ ἡ *ΓΕ* τῇ *ΕΖ*· καὶ ἡ *ΕΔ* ἄρα τῇ *ΕΜ* ἐστιν ἴση. καὶ ἐπεί ἐστιν, ὡς ἡ *ΛΓ* πρὸς *ΓΗ*, ἡ *Κ* πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς *ΓΔ*, τουτέστι τῆς *ΜΖ*, καὶ ὡς ἄρα ἡ *ΞΖ* πρὸς *ΖΝ*, ἡ *Κ* πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς *ΜΖ*. ἐπεὶ οὖν ὑπερβολή ἐστιν ἡ *ΑΖ*, ἧς διάμετρος ἡ *ΑΒ*, ἐφαπτομένη δὲ ἡ *ΜΖ*, καὶ τεταγμένως ἦκται ἡ *ΑΝ*, καί ἐστιν, ὡς ἡ *ΞΖ* πρὸς *ΖΝ*, ἡ *Κ* πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς *ΖΜ*, ὅσαι ἂν ἀπὸ τῆς τομῆς παράλληλοι τῇ *ΖΜ* ἀχθῶσιν ἐπὶ τὴν ἐπ' εὐθείας τῇ *ΕΖ*, δυνήσονται τὸ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ὑπὸ τῆς *Κ* εὐθείας καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῶν πρὸς τῷ *Ζ* σημείῳ ὑπερβάλλον εἴδει ὁμοίῳ τῷ ὑπὸ *ΓΖ, Κ*.


---

3. πεποιείσθω V; corr. p. 13. *ΑΞΝ*] *ΑΝΞ* V; corr. p. 18. ἡ *Κ*] *ΗΚ* V; corr. p. 22. ἡ *Κ*] cp, *ΗΚ* V, sed corr. m. 1. 27. ὑπερβάλλοντα V; corr. Memus, sed nescio, an ferri possit. *ΓΖ, Κ*] *ΓΚΖ* V; corr. p.

plicatis latitudines habentibus rectas ab ipsis ad punctum contactus abscisas excedentibus figura simili spatio $\Gamma Z \times K$, manifestum est [prop. L]; nam

$$Z\Gamma = 2\Gamma E \text{ [prop. XXX].}$$

dico igitur, idem etiam in sectione $Z\Lambda$ adcidere. per Z enim sectionem ΛZ contingens ducatur MZ, ordinateque ducatur $\Lambda \Xi N$. et quoniam oppositae sunt



$B\Gamma$, ΛZ, contingunt autem eas $\Gamma\Delta$, MZ, aequales et parallelae erunt $\Gamma\Delta$, MZ [u. Eutocius ad prop. XLIV]. uerum etiam $\Gamma E = EZ$; quare etiam $E\Delta = EM$ [Eucl. I, 4][1]. et quoniam est $\Lambda\Gamma : \Gamma H = K : 2\Gamma\Delta = K : 2MZ$, erit etiam [Eucl. VI, 4] $\Xi Z : ZN = K : 2MZ$. quoniam igitur ΛZ hyperbola est, cuius diametrus est AB, contingens autem MZ, et ordinate ducta est ΛN, est autem

$$\Xi Z : ZN = K : 2ZM,$$

quaecunque rectae a sectione ad EZ productam rectae ZM parallelae ducuntur, quadratae aequales erunt rectangulo comprehenso recta K rectisque ab ipsis ad Z punctum abscisis excedenti figura simili spatio $\Gamma Z \times K$ [prop. L].

---

1) Uerba ἴση δέ lin. 16 — ἐστιν ἴση lin. 17 prorsus inutilia sunt.

Δεδειγμένων δὲ τούτων συμφανές, ὅτι ἐν μὲν τῇ παραβολῇ ἑκάστη τῶν παρὰ τὴν ἐκ τῆς γενέσεως διάμετρον ἀπαγομένων εὐθειῶν διάμετρός ἐστιν, ἐν δὲ τῇ ὑπερβολῇ καὶ τῇ ἐλλείψει καὶ ταῖς ἀντικειμέναις ἑκάστη τῶν διὰ τοῦ κέντρου ἀγομένων εὐθειῶν, καὶ διότι ἐν μὲν τῇ παραβολῇ αἱ καταγόμεναι ἐφ' ἑκάστην τῶν διαμέτρων παρὰ τὰς ἐφαπτομένας τὰ παρὰ τὴν αὐτὴν παρακείμενα ὀρθογώνια δυνήσονται, ἐν δὲ τῇ ὑπερβολῇ καὶ ταῖς ἀντικειμέναις τὰ παρὰ τὴν αὐτὴν παρακείμενα χωρία καὶ ὑπερβάλλοντα τῷ αὐτῷ εἴδει, ἐν δὲ τῇ ἐλλείψει τὰ παρὰ τὴν αὐτὴν παρακείμενα καὶ ἐλλείποντα τῷ αὐτῷ εἴδει, καὶ διότι πάντα, ὅσα προδέδεικται περὶ τὰς τομὰς συμβαίνοντα συμπαραβαλλομένων τῶν ἀρχικῶν διαμέτρων, καὶ τῶν ἄλλων διαμέτρων παραλαμβανομένων τὰ αὐτὰ συμβήσεται.

νβ'.

Εὐθείας δοθείσης ἐν ἐπιπέδῳ καθ' ἓν σημεῖον πεπερασμένης εὑρεῖν ἐν τῷ ἐπιπέδῳ κώνου τομὴν τὴν καλουμένην παραβολήν, ἧς διάμετρος ἡ δοθεῖσα εὐθεῖα, κορυφὴ δὲ τὸ πέρας τῆς εὐθείας, ἥτις δὲ ἂν ἀπὸ τῆς τομῆς καταχθῇ ἐπὶ τὴν διάμετρον ἐν δοθείσῃ γωνίᾳ, δυνήσεται τὸ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ὑπό τε τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῆς πρὸς τῇ κορυφῇ τῆς τομῆς καὶ ἑτέρας τινὸς δοθείσης εὐθείας.

ἔστω θέσει δεδομένη εὐθεῖα ἡ ΑΒ πεπερασμένη κατὰ τὸ Α, ἑτέρα δὲ ἡ ΓΔ τῷ μεγέθει, ἡ δὲ δοθεῖσα γωνία ἔστω πρότερον ὀρθή· δεῖ δὴ εὑρεῖν ἐν τῷ ὑπο-

---

1. *πόρισμα* add. p. 3. *ἀγομένων* p. 13. *συμπαραβαλλομένων*] *συμπαραλαμβανομένων* Halley. 16. *νβ'*] p, om. V, m. 2 v. 23. *αὐτῆς*] cp, *αὐτῇ* supra scripto *σ* m. 1 V.

His autem demonstratis simul adparet, in parabola omnes rectas diametro originali parallelas diametros esse [prop. XLVI], in hyperbola autem et ellipsi et oppositis omnes rectas per centrum ductas [prop. XLVII—XLVIII], et in parabola rectas ad singulas diametros contingentibus parallelas ductas quadratas aequales esse rectangulis adplicatis eidem rectae [prop. XLIX], in hyperbola autem oppositisque spatiis eidem rectae adplicatis et eadem figura excedentibus [prop. L—LI], in ellipsi autem spatiis eidem rectae adplicatis et eadem figura deficientibus [prop. L], et omnia, quae antea demonstrauimus in sectionibus adcidere adhibitis diametris principalibus, etiam ceteris diametris adsumptis eadem adcidere.

LII.

Data in plano recta in uno puncto terminata in plano inuenire coni sectionem, parabola quae uocatur, ita ut eius diametrus sit data recta, uertex autem terminus rectae, et quaecunque recta a sectione in dato angulo ad diametrum ducitur, quadrata aequalis sit rectangulo comprehenso recta ab ea ad uerticem sectionis abscisa aliaque recta data.

positione data sit recta AB in A terminata, magnitudine autem alia $\Gamma\Delta$, angulus autem datus prius sit rectus. oportet igitur in plano subiacenti parabolam inuenire, ita ut eius diametrus sit AB, uertex autem A, latus autem rectum $\Gamma\Delta$, et rectae ordinate ductae in recto angulo ducantur, h. e. ita ut AB axis sit.

producatur AB ad E, et sumatur $\Gamma H = \frac{1}{4}\Gamma\Delta$, et sit $EA > \Gamma H$, sumatur autem Θ media rectarum


κειμένῳ ἐπιπέδῳ παραβολήν, ἧς διάμετρος μὲν ἡ *ΑΒ*, κορυφὴ δὲ τὸ *Α*, ὀρθία δὲ ἡ *ΓΔ*, αἱ δὲ καταγόμεναι τεταγμένως ἐν ὀρθῇ γωνίᾳ καταχθήσονται, τουτέστιν ἵνα ἄξων ᾖ ἡ *ΑΒ*.

ἐκβεβλήσθω ἡ *ΑΒ* ἐπὶ τὸ *Ε*, καὶ εἰλήφθω τῆς *ΓΔ* τέταρτον μέρος ἡ *ΓΗ*, τῆς δὲ *ΓΗ* μείζων ἔστω ἡ *ΕΑ*, καὶ τῶν *ΓΔ*, *ΕΑ* μέση ἀνάλογον εἰλήφθω ἡ *Θ*. ἔστιν ἄρα ὡς ἡ *ΓΔ* πρὸς *ΕΑ*, τὸ ἀπὸ *Θ* πρὸς τὸ ἀπὸ *ΕΑ*. ἡ δὲ *ΓΔ* τῆς *ΕΑ* ἐλάττων ἐστὶν ἢ τετραπλασία· καὶ τὸ ἀπὸ *Θ* ἄρα τοῦ ἀπὸ *ΕΑ* ἔλαττόν ἐστιν ἢ τετραπλάσιον. ἡ *Θ* ἄρα τῆς *ΕΑ* ἐλάττων ἐστὶν ἢ διπλῆ· ὥστε δύο αἱ *ΕΑ* τῆς *Θ* μείζονές εἰσι. δυνατὸν ἄρα ἐστὶν ἐκ τῆς *Θ* καὶ δύο τῶν *ΕΑ* τρίγωνον συστήσασθαι. συνεστάτω τοίνυν ἐπὶ τῆς *ΕΑ* τρίγωνον τὸ *ΕΑΖ* ὀρθὸν πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον ὥστε ἴσην εἶναι τὴν μὲν *ΕΑ* τῇ *ΑΖ*, τὴν δὲ *Θ* τῇ *ΖΕ*, καὶ ἤχθω τῇ μὲν *ΖΕ* παράλληλος ἡ *ΑΚ*, τῇ δὲ *ΕΑ* ἡ *ΖΚ*, καὶ νοείσθω κῶνος, οὗ κορυφὴ τὸ *Ζ* σημεῖον, βάσις δὲ ὁ περὶ διάμετρον τὴν *ΚΑ* κύκλος ὀρθὸς ὢν πρὸς τὸ διὰ τῶν *ΑΖΚ* ἐπίπεδον. ἔσται δὴ ὀρθὸς ὁ κῶνος· ἴση γὰρ ἡ *ΑΖ* τῇ *ΖΚ*. τετμήσθω δὲ ὁ κῶνος ἐπιπέδῳ παραλλήλῳ τῷ *ΚΑ* κύκλῳ, καὶ ποιείτω τομὴν τὸν *ΜΝΞ* κύκλον, ὀρθὸν δηλονότι πρὸς τὸ διὰ τῶν *ΜΖΝ* ἐπίπεδον, καὶ ἔστω τοῦ *ΜΝΞ* κύκλου καὶ τοῦ *ΜΖΝ* τριγώνου κοινὴ τομὴ ἡ *ΜΝ*· διάμετρος ἄρα ἐστὶ τοῦ κύκλου. ἔστω δὲ τοῦ ὑποκειμένου ἐπιπέδου καὶ τοῦ κύκλου κοινὴ τομὴ ἡ *ΞΛ*. ἐπεὶ οὖν ὁ *ΜΝΞ* κύκλος ὀρθός ἐστι πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον, ὀρθὸς δέ ἐστι καὶ πρὸς τὸ *ΜΖΝ* τρίγωνον, ἡ κοινὴ ἄρα αὐτῶν

---

10. ἄρα] scripsi; *Α* V. ἔλαττον] ἐλάττων V; corr. Halley.

$\Gamma\Delta$, EA proportionalis. itaque $\Gamma\Delta : EA = \Theta^2 : EA^2$ [Eucl. V def. 9]. est autem $\Gamma\Delta < 4EA$; quare etiam $\Theta^2 < 4EA^2$; itaque $\Theta < 2EA$; quare $EA + EA > \Theta$. itaque fieri potest, ut ex Θ et duabus EA triangulus construatur [Eucl. I, 22]. construatur igitur in EA triangulus EAZ ad planum subiacens perpendicularis,



ita ut sit $EA = AZ$ et $\Theta = ZE$, et ducatur AK rectae ZE, ZK autem rectae EA parallela, et fingatur conus, cuius uertex sit punctum Z, basis autem circulus circum KA diametrum descriptus ad planum per rectas AZ, ZK perpendicularis. hic igitur conus rectus erit [def. 3]; nam $AZ = ZK$. secetur autem conus plano circulo KA parallelo, quod sectionem efficiat circulum $MN\Xi$ [prop. IV], perpendicularem scilicet ad planum rectarum MZ, ZN, et circuli $MN\Xi$ triangulique MZN communis sectio sit MN; diametrus igitur erit circuli. communis autem sectio plani subiacentis circulique sit $\Xi\Delta$. quoniam igitur $MN\Xi$ circulus ad planum subiacens perpendicularis[1]) est,

1) Hoc quidem falsum est; neque enim $MN\Xi$ ad planum subiacens perpendicularis esse potest. hoc intellegens Halleius scripsit lin. 28 sq.: ὀρθός ἐστι πρὸς τὸ MZN τρίγωνον, ὀρθὸν

τομὴ ἡ ΞΛ ὀρθή ἐστι πρὸς τὸ ΜΖΝ τρίγωνον, τουτέστι τὸ ΚΖΛ· καὶ πρὸς πάσας ἄρα τὰς ἁπτομένας αὐτῆς εὐθείας καὶ οὔσας ἐν τῷ τριγώνῳ ὀρθή ἐστιν· ὥστε καὶ πρὸς ἑκατέραν τῶν ΜΝ, ΑΒ. πάλιν ἐπεὶ κῶνος, οὗ βάσις μὲν ὁ ΜΝΞ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Ζ σημεῖον, τέτμηται ἐπιπέδῳ ὀρθῷ πρὸς τὸ ΜΖΝ τρίγωνον, καὶ ποιεῖ τομὴν τὸν ΜΝΞ κύκλον, τέτμηται δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τῷ ὑποκειμένῳ τέμνοντι τὴν βάσιν τοῦ κώνου κατ' εὐθεῖαν τὴν ΞΛ πρὸς ὀρθὰς οὖσαν τῇ ΜΝ, ἣ κοινή ἐστι τομὴ τοῦ τε ΜΝΞ κύκλου καὶ τοῦ ΜΖΝ τριγώνου, ἡ δὲ κοινὴ τομὴ τοῦ ὑποκειμένου ἐπιπέδου καὶ τοῦ ΜΖΝ τριγώνου ἡ ΑΒ παράλληλός ἐστι τῇ ΖΚΜ πλευρᾷ τοῦ κώνου, ἡ ἄρα γινομένη ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ τομὴ τοῦ κώνου παραβολή ἐστι, διάμετρος δὲ αὐτῆς ἡ ΑΒ, αἱ δὲ καταγόμεναι ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὴν ΑΒ τεταγμένως ἐν ὀρθῇ καταχθήσονται γωνίᾳ· παράλληλοι γάρ εἰσι τῇ ΞΛ πρὸς ὀρθὰς οὔσῃ τῇ ΑΒ. καὶ ἐπεὶ αἱ τρεῖς ἀνάλογόν εἰσιν αἱ ΓΔ, Θ, ΕΑ, ἴση δὲ ἡ μὲν ΕΑ τῇ ΑΖ καὶ τῇ ΖΚ, ἡ δὲ Θ τῇ ΕΖ καὶ τῇ ΑΚ, ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ΓΔ πρὸς ΑΚ, ἡ ΑΚ πρὸς ΑΖ. καὶ ὡς ἄρα ἡ ΓΔ πρὸς ΑΖ, τὸ ἀπὸ ΑΚ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΖ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΑΖΚ. ὀρθία ἄρα ἐστὶν ἡ ΓΔ τῆς τομῆς· τοῦτο γὰρ δέδεικται ἐν τῷ ια΄ θεωρήματι.

νγ΄.

Τῶν αὐτῶν ὑποκειμένων μὴ ἔστω ἡ δοθεῖσα γωνία ὀρθή, καὶ κείσθω αὐτῇ ἴση ἡ ὑπὸ ΘΑΕ, καὶ τῆς ΓΔ

---

17. *γωνίᾳ*] *γωνίαι* V (qui alibi fere *ι* omittit, raro adscriptum habet); corr. p. 24. *ια΄*] *$\bar{\alpha}\bar{\iota}$* Vv; corr p. 25. *νγ΄*] cum Eutocio, om. V; *νγ* mg. p.

idem autem ad triangulum MZN perpendicularis est, communis eorum sectio $\Xi\varDelta$ perpendicularis est ad triangulum MZN [Eucl. XI, 19], h. e. ad $KZ\varDelta$; quare etiam ad omnes rectas eam tangentes et in triangulo positas perpendicularis est [Eucl. XI def. 3]. itaque etiam ad utramque MN, AB perpendicularis est. rursus quoniam conus, cuius basis est $MN\Xi$ circulus, uertex autem Z punctum, plano sectus est ad triangulum MZN perpendiculari, quod sectionem efficit circulum $MN\Xi$, uerum etiam alio plano sectus est, subiacenti scilicet, basim coni secundum rectam $\Xi\varDelta$ secanti perpendicularem ad MN, quae communis est sectio circuli $MN\Xi$ trianguli que MZN, et AB communis sectio plani subiacentis triangulique MZN lateri coni ZKM parallela est, sectio coni in plano subiacenti orta parabola est, diametrus autem eius AB [prop. XI], et rectae a sectione ad AB ordinate ductae in angulo recto ducentur; nam parallelae sunt rectae $\Xi\varDelta$ ad AB perpendiculari. et quoniam est $\Gamma\varDelta : \Theta = \Theta : EA$, et $EA = AZ = ZK$, $\Theta = EZ = AK$, erit

$$\Gamma\varDelta : AK = AK : AZ.$$

quare etiam $\Gamma\varDelta : AZ = AK^2 : AZ^2$ [Eucl. V def. 9] $= AK^2 : AZ \times ZK$. ergo $\Gamma\varDelta$ latus rectum sectionis est; hoc enim in propositione XI demonstratum est.

LIII.

Iisdem suppositis ne sit rectus datus angulus, eique aequalis ponatur $\angle\, \Theta AE$, sit autem $A\Theta = \frac{1}{2}\Gamma\varDelta$,

---


δὲ καὶ τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον πρὸς τὸ MZN *τρίγωνον* (praeeunte Memo). quae mutatio cum parum probabilis sit, praetulerim uerba *ἐπεὶ οὖν* lin. 27 — *τρίγωνον* lin. 29 delere; sed fortasse interpolatio peius etiam grassata est. etiam uerba *τουτέστι τὸ* $KZ\varDelta$ p. 162 lin. 1—2 inutilia sunt.

ἔστω ἡμίσεια ἡ $A\Theta$, καὶ ἀπὸ τοῦ Θ ἐπὶ τὴν AE κάθετος ἤχθω ἡ ΘE, καὶ διὰ τοῦ E τῇ $B\Theta$ παράλληλος ἡ $E\varLambda$, καὶ ἀπὸ τοῦ A ἐπὶ τὴν $E\varLambda$ κάθετος ἤχθω ἡ $A\varLambda$, καὶ τετμήσθω ἡ $E\varLambda$ δίχα κατὰ τὸ K, καὶ ἀπὸ τοῦ K τῇ $E\varLambda$ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ KM καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὰ Z, H, καὶ τῷ ἀπὸ τῆς $A\varLambda$ ἴσον ἔστω τὸ ὑπὸ $\varLambda KM$. καὶ δύο δοθεισῶν εὐθειῶν τῶν $\varLambda K$, KM, τῆς μὲν $K\varLambda$ θέσει πεπερασμένης κατὰ τὸ K, τῆς δὲ KM μεγέθει, καὶ γωνίας ὀρθῆς γεγράφθω παραβολή, ἧς διάμετρος ἡ $K\varLambda$, κορυφὴ δὲ τὸ K, ὀρθία δὲ ἡ KM, ὡς προδέδεικται· ἥξει δὲ διὰ τοῦ A διὰ τὸ ἴσον εἶναι τὸ ἀπὸ $A\varLambda$ τῷ ὑπὸ $\varLambda KM$, καὶ ἐφάψεται τῆς τομῆς ἡ EA διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν EK τῇ $K\varLambda$. καί ἐστιν ἡ ΘA τῇ $EK\varLambda$ παράλληλος· ἡ ΘAB διάμετρος ἄρα ἐστὶ τῆς τομῆς, αἱ δὲ ἐπ' αὐτὴν ἀπὸ τῆς τομῆς καταγόμεναι παράλληλοι τῇ AE δίχα τμηθήσονται ὑπὸ τῆς AB. καταχθήσονται δὲ ἐν γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΘAE. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ $AE\Theta$ γωνία τῇ ὑπὸ AHZ, κοινὴ δὲ ἡ πρὸς τῷ A, ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ $A\Theta E$ τρίγωνον τῷ AHZ. ὡς ἄρα ἡ ΘA πρὸς EA, ἡ ZA πρὸς AH· ὡς ἄρα ἡ διπλασία τῆς $A\Theta$ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς AE, ἡ ZA πρὸς AH. ἡ δὲ $\Gamma\varDelta$ τῆς ΘA διπλῆ· ὡς ἄρα ἡ ZA πρὸς AH, ἡ $\Gamma\varDelta$ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς AE. διὰ δη τὰ δεδειγμένα ἐν τῷ μθ' θεωρήματι ὀρθία ἐστὶν ἡ $\Gamma\varDelta$.

---

11. δέ] (alt.) fort. δή. 13. EK] EKT V; corr. p. 15. ἄρα διάμετρος p, Halley. 18. ΘAE — 19. τῇ ὑπό] bis V; corr. p.

et a Θ ad AE perpendicularis ducatur ΘE, per E autem rectae $B\Theta$ parallela $E\Lambda$, et ab A ad $E\Lambda$ perpendicularis ducatur $A\Lambda$, $E\Lambda$ autem in K in duas partes aequales secetur, et a K ad $E\Lambda$ perpendicularis ducatur KM producaturque ad Z, H, et sit



$$\Lambda K \times KM = A\Lambda^2.$$

datis autem duabus rectis ΛK, KM, quarum $K\Lambda$ positione data est ad K terminata, KM autem magnitudine, et angulo recto describatur parabola, cuius diametrus sit $K\Lambda$, uertex autem K, et latus rectum KM, ita ut supra demonstratum est [prop. LII]; per A igitur ueniet, quia $\Lambda K \times KM = A\Lambda^2$ [prop. XI], et EA sectionem continget, quia $EK = K\Lambda$ [prop. XXXIII]. et ΘA rectae $EK\Lambda$ parallela est; itaque ΘAB diametrus sectionis est, et rectae a sectione ad eam ductae rectae AE parallelae ab AB in binas partes aequales secabuntur [prop. XLVI]. ducentur autem in angulo ΘAE [Eucl. I, 29]. et quoniam est $\angle AE\Theta = \angle AHZ$, communis autem angulus ad A positus, erit

$$A\Theta E \sim AHZ.$$

quare [Eucl. VI, 4] $\Theta A : EA = ZA : AH$. itaque $2A\Theta : 2AE = ZA : AH$ [Eucl. V, 15]. est autem $\Gamma\Delta = 2\Theta A$; itaque $ZA : AH = \Gamma\Delta : 2AE$. ergo propter ea, quae in propositione XLIX demonstrata sunt, $\Gamma\Delta$ latus rectum est.

νδ'.

Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν πεπερασμένων πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις τῆς ἑτέρας ἐκβαλλομένης ἐπὶ ταὐτὰ τῇ ὀρθῇ γωνίᾳ εὑρεῖν ἐπὶ τῆς προσεκβληθείσης κώνου τομὴν τὴν καλουμένην ὑπερβολὴν ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ ταῖς εὐθείαις, ὅπως ἡ μὲν προσεκβληθεῖσα διάμετρος εἴη τῆς τομῆς, κορυφὴ δὲ τὸ πρὸς τῇ γωνίᾳ σημεῖον, ἥτις δὲ ἂν καταχθῇ ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὴν διάμετρον γωνίαν ποιοῦσα ἴσην τῇ δοθείσῃ, δυνήσεται παρακείμενον ὀρθογώνιον παρὰ τὴν ἑτέραν εὐθεῖαν πλάτος ἔχον τὴν ἀπολαμβανομένην ὑπὸ τῆς κατηγμένης πρὸς τῇ κορυφῇ ὑπερβάλλον εἴδει ὁμοίῳ καὶ ὁμοίως κειμένῳ τῷ ὑπὸ τῶν ἐξ ἀρχῆς εὐθειῶν.

ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι πεπερασμέναι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις αἱ ΑΒ, ΒΓ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΑΒ ἐπὶ τὸ Δ· δεῖ δὴ εὑρεῖν ἐν τῷ διὰ τῶν ΑΒΓ ἐπιπέδῳ ὑπερβολήν, ἧς διάμετρος μὲν ἔσται ἡ ΑΒΔ, κορυφὴ δὲ τὸ Β, ὀρθία δὲ ἡ ΒΓ, αἱ δὲ καταγόμεναι ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὴν ΒΔ ἐν τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ δυνήσονται τὰ παρὰ τὴν ΒΓ παρακείμενα πλάτη ἔχοντα τὰς ἀπολαμβανομένας ὑπ' αὐτῶν πρὸς τῷ Β ὑπερβάλλοντα εἴδει ὁμοίῳ καὶ ὁμοίως κειμένῳ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΒΓ.

ἔστω ἡ δοθεῖσα γωνία πρότερον ὀρθή, καὶ ἀνεστάτω ἀπὸ τῆς ΑΒ ἐπίπεδον ὀρθὸν πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον, καὶ ἐν αὐτῷ περὶ τὴν ΑΒ κύκλος γεγράφθω ὁ ΑΕΒΖ, ὥστε τὸ τμῆμα τῆς διαμέτρου τοῦ κύκλου τὸ ἐν τῷ ΑΕΒ τμήματι πρὸς τὸ τμῆμα τῆς διαμέτρου

---

1. νδ'] p, om. V. 3. ταὐτά] ταῦτα V; corr. p. 4. ἐπὶ τῆς προσεκβληθείσης] superuacua uidebantur Commandino

LIV.

Datis duabus rectis terminatis inter se perpendicularibus altera ad angulum rectum uersus producta in recta producta sectionem coni inuenire, hyperbola quae uocatur, in plano rectarum posita, ita ut recta producta diametrus sectionis sit, uertex autem punctum ad angulum positum, et quaecunque recta a sectione ad diametrum ducitur angulum efficiens dato aequalem, quadrata aequalis sit rectangulo alteri rectae adplicato latitudinem habenti rectam ab ordinate ducta ad uerticem abscisam excedenti figura simili similiterque posita figurae rectis a principio datis comprehensae.

sint datae duae rectae terminatae inter se perpendiculares AB, $B\Gamma$, producaturque AB ad Δ. oportet igitur in plano rectarum AB, $B\Gamma$ hyperbolam inuenire, cuius diametrus sit $AB\Delta$, uertex autem B, latus rectum autem $B\Gamma$, et rectae a sectione ad $B\Delta$ in dato angulo ductae quadratae aequales sint spatiis rectae $B\Gamma$ adplicatis latitudines habentibus rectas ab iis ad B abscisas excedentibus figura simili similiterque posita rectangulo $AB \times B\Gamma$.

prius igitur angulus datus rectus sit, et in AB planum ad planum subiacens perpendiculare erigatur, et in eo circum AB circulus describatur $AEBZ$, ita ut pars diametri circuli in segmento AEB posita ad partem diametri in AZB positam maiorem rationem non habeat quam $AB : B\Gamma$ [u. Eutocius], et AEB in puncto E in duas partes aequales secetur, ab E

fol. 34v. 6. εἴη] ᾗ p. 13. τῷ] om. V; corr. p. 19. τῆς] c v p, in V litt. σ in ras. est m. 1. 21. τῷ] τό V; corr. p.


